gradum mortis recipe ⁊ detrahe ab oriente ⁊ quo peruenit ibi est hec pars
Si cadat in terminũ maliuole aut receptor est infelix ei de quo queriẗ est fa
cile. ¶ Item si mercurius est dux ⁊ longe remotus a sole in aspectu' malo-
rum mortale est: ⁊ ſm hoc venus ⁊ relique stelle significant. Luua item ter-
re cardinem cum marte tenens orientali domino ⁊ maliuolis cadentibus
signum mortis est. ¶ Item si per adustionẽ ducis mortis mortem nouisti
erit ex calore ⁊ morbum occultum ⁊ in cardine extremo pessimum signifi-
cat genus mortis. ¶ Itẽ saturnus ducem corrumpens in ariete: aut in eius
ternario mortem a casu ab alto aut per bestiaz significat: aut frigore ⁊ sic-
citate: specialiter in thauro aut eius triplicitate. In geminis ⁊ suo ternario
si est in decima aut ab alto corruit in terre cardine aut labendo moriẗ aut
aliquid super euz cadet. In cancro ⁊ eius ternario submersione aut dissen-
teria morieẗ nisi forte saturnus ascendit tunc enim per apoplexum ⁊ huius-
modi. ¶ Mars corrumpens si est in ariete vel eius ternario ruinam minaẗ
aut ponderosum super ipsum impellit vel ferro morieẗ. Item mars in deci
ma crucem vel suspendium parat: in cancro ⁊ eius ternario mortez ꝑ aquã
dat: leo ab octaũa a bestia mortem significat. Scorpius in octauo peruene
nosa. Saturnus in scorpione piscibus aut cancro ⁊ cum octaue dño mortẽ
per aquas. Mars in octauo vel cum ipsius dño febrili calore ⁊ sepe ferro.
Cauda in octauo vel cum ipsius dño ferrum parat. Item si dñs octaui so-
lus discurrens propriam significat mortem.

Si fiat iter an nõ

DE nona domo, vt de itinere an fiat an non: orientis domino et ☽ da querentem nono et eius domino viam. Si vtiq3 dñs orientis vel ☽ est in nona vel domino none applicat qui que siuit proprio vadit arbitrio: econtra si dñs noni est in oriente vel orientis dño applicat ex causa vrgente pcedit τ translatio inter eos: iter procurat: econtra iter negat τ oriens est euntis decimum negocij: septimum loci ad quem tendit quartum finem absoluit. Unde de his sm statum signorum τ dominorũ suorum iudica: τ si orientis dominus est in oriente in signo firmo querens non ibit. sed si conuersiuum est ad orientem si post oriens in medio celi ad austrum vel ad nationes alienas: si est in septimo vel octauo mortẽ vel carcerem significãt: in terre cardine ad septentrionem τ per ☽ scitur ad quos homines tendit. Si enim applicat ☉ ad reges seu principes. si ♄ ad vulgares. si ♃ ad magnates. si ♂ ad milites. si ♀ ad mulieres. si ☿ ad sapientes. si est solitaria vadit negociandi causa. Si a ♄ recedit a debito illũ liberat. si a ♂ ab angustijs τ captiuitate protegit. τ si cui applicat est in domo propria ad indigenas tendit. in ternario ad alienos tamen sue terre incolas. Et si domin' orientis vel ☽ in signo humano maliuole applicat latrones in via timeantur. In ♒ non nauiget In quadrupedi incursus ferarum timeat. Si hoc in ♌ feras crudeles τ venenosos vermes timeat. In ♓ marinas beluas et aquarum pericula. Et ♄ grauior est aquis q3 terris: econtra ♂ peruersitas terris q3 aquis. Et melius est mutari q3 stare. Si dominus ascendentis τ ☽ ab infortunijs separantur τ fortunijs applicant et econtra. Item si quis intrat regionez ɔsidera scõm si huius dominus est retrogradus cito et sine questu redibit. Item si est in statione prima morabitur sed nihil proficiet: in secunda statione habebit pficuum insperatum. Et si dominus eius est in oriente vel decimo vel vndecimo iter est vtile: si in septimo econtra: si in nono vel tercio ibi nõ morabit: si ☽ interim est in quarta fatale.

P reditu absent̄s

¶ Pro reditu absentis si queritur: vide si domin⁹ orientis est in oriente vel in medio celi aut saltem alicui in eis existenti applicet cito redibit in octauo vel quarto tarde quinymo adhuc ibi moratur. Si in nono vel tercio et applicet alicui in oriēte redire cepit ⁊ est in via: similiter si de octauo vel tercio applicet stelle in decimo locate. Et si dominus orientꝫ retrogrado applicat nec oriens omnino non respiciat impedimentum signat. Si autez sic oriās respiceret cito rediret nisi alius corrumpatur: si hec non sunt in orientis domino recurre ad ☽: nam si orientis domino in oriente vel prope oriens locato reddit consilium cito redibit: in septimo aut post mediuz celi tardabit Reditus hora est cum dominus domus rei quesite aut domin⁹ ☽ domino orientis applicat: aut saltem cardini domini orientis: nam alius est cardo signorū ⁊ alius cardo siderum. Cum ergo stella quelibet alterius stelle cardinem occupat completur effectus: ⁊ sanus est de quo queritur si dominus eius est directus in domo sua vel regno felix: ⁊ ☽ crescens nō in casu mundi

in oriente vel
ibit in octauo
l tercio et ap/
auo vel tercio
rado applicat
utez sic oriás
orientis do/
pe oriens lo/
celi tardabit
n⁹ ☽ domino
ius est cardo
rius stelle car
r si dominus
n casu mundi

infortunijs ⁊ econtra. Mortuus autem est si questionis dominus et ☽ sub terra a domino octaui aspiciantur: aut si ipse questionis dux est: ⁊ si eos nō respicit nondum mortale est: ⁊ si sunt super terram ⁊ dominus octaui cadit ab eis vitale est. ¶ De somnijs per oriens principaliter vide ipsorū veritatē. ♄ equidez cum ☋ locatus in nono metuenda facit videri vt serpentes monstra fetita: ⁊ domus ♄ notetur: nam ⁊ ipse horrenda signat: similiter in alijs domibus. ♃ ibidem que sunt magnatum. ♂ que sunt ad venationem vel que ad interfectionem. ♀ odorifera margaritas nuptias coitus. ☿ libros templa ⁊ cetera sua. ☉ quodcunqꝫ volandū inter celum ⁊ terram aut reges ☽ que sunt aquatica ⁊c̄. ¶ Infortuna in oriente vel legis domo malum et angustiaz: fortuna comodum ⁊ gaudium. ¶ Alchimiam an vere quis sciat per orient⁊ dominum ⁊ ☽ scies. Si enim mundi sunt ab infortunijs ipse scit horum corruptio mendacem signat: et pro auro fortunetur ☉ : pro argento ☽ scientia quoqꝫ cuiuslibet qualis est per oriens quod est sciētis ⁊ per nonū quod est scientie per eorum dominos ⁊ eos qui sunt ibi vel cum dominis illorum corpore vel aspectu: ⁊ ♄ ibi scientie cōtradicit nisi forte dominus su⁹ eum recipiat et benigne respiciat. ¶ Pro electione quatuor naues illa que magis incidet animo querentis detur orienti que minus decimo: tercia septimo: quarta quarto: cui ergo angulorum fortune magis fauent eligatur. Similiter cum de alijs pluribus queritur ⁊ iudicetur. Et ♂ corrumpens ascendentis dominum ⁊ ☽ vel alteram comburet nauim. ♄ frangit aut submergit. ♃ fortunās illa: salutem nauis ⁊ nauigantium integram conseruat ♀ fecundat et gaudere facit. ☿ impedimentum nauis. Si ♂ non fuerit in decimo vel vndecimo: nā si ibi fuerit perdetur quod est in naui per piratas Et si cum hoc est ascendens vna stella tunc de cordibus signorum comburetur nauis ⁊ quicquid est in ea. ¶ Pro velo leuando si ascendit ♒ ventus erit magn⁹: ⁊ si sit ♄ boni esse: si ♎ vētus erit mediocris: si ♊ ventus erit ꝑmixtus: ⁊ sit ☿ boni esse.

D somnijs

An q̄s sciat alkimiaz

P electōe q. naū

P uelo leuando

An q̃s aq̃s dignitatem d̃beat adipisci

De domo decima an quis dignitatem debeat adipisci sic scitur si domin⁹ ascendentis ꝛ ☽ applicant domino decimi ita ꝙ ille medium respiciat labore proprio dignitatem habebit. Idem erit si ambo sunt in decima: ita tamen ꝙ sint mundi a malis. Item si dominus medij celi est in oriente aut orientis domio applicat absq̃ labore dignitatem habebit. Idem si est dominus decimi applicat fortune in oriente existente. Idẽ erit si sit translatio inter ambos duces. Item si ille qui recipit mundus est ꝛ liber ꝛ respicit decimum dignitatẽ habebit: eiusq̃ corruptio post certam spem effectum abscidit: ꝛ si mali corrũpunt per □ vel oppositũ cum graui repulsa desistat. si vero ✱ vel △ corrumpunt: benigne negabitur dignitas. Item si inter duces sit luminis collectio ꝛ qui colligit si est in oriente vel decima si tunc ☽ applicat alteri ducum honorem habebit: ꝛ si non sit applicatio dũmodo ipsa sit munda multis iuuantibus assequitur: et si ☽ habet se aliter q̃ꝫ dictũ est si stella que lumen colligit

est in decima vel ipsum respicit vt nec etiam ab oriente sit remota ⁊ munda infortunijs: nec prius q̃ ad signum egrediatur ambo duces vel alter eidez applicent siue ei coniungantur non obuiat habende dignitati. Tunc autez honor habebitur cum inter duces applicatio est completa: ⁊ citius si ☽ confert alteri ⁊ reditus dignitatis significat vndecimum ⁊ dominus eius. Itez si hora natiuitatis ☉ est in decimo aut in propria domo aut in gradu exaltationis dũmodo ♃ non sit adustus et ei consors extiterit: aut ♀ in cardine et infortune ipsum non respiciant □ vel opposito aspectu querentem: aut si natũ mundo imperare necesse est. ☉ nec in domo sua nec in regno suo detrahit nisi de regia vel magnatum oriatur familia: nam et si locatus regni fines subicit illi. Item ☿ in oriente cum ipsum sit eius regnum: secretarium regis vel scribam significat. Iergis plane dicit inter orientale ⁊ mediuz celi dominos aspectũ deprehensos de honore acquirendo nulla fiat ambiguitas: sin autem minime. Quando autem fiat sic scitur quot gradus applicationis sunt inter duces tot dies vel menses vel ãnos accipe ꝫm q̃ signa sunt tropica vel bicorpora vel firma. Cum quis princeps regnuz ingreditur: aut imperiali sede sedẽs regia primum aministrat negocia nota: si enim diurn⁹ est ingressus et ☉ cum ♄ cito degradabitur. Item ☉ a beniuolis respectus dum idem et orientis dominus bono loco ab oriente et in signo firmo sint vel sint diurni iuxta suum velle habebit principatum. Item ☉ in oriente in signo tropico si sit ⁊ ♂ decimũ teneat ⁊ eum respicit: aliquis ex ciuibus subditis aduersabitur ei: aut mortem in fine minat̃. ¶ ♃ si est in medio celi fortunatus dum ☉ locum bonum ⁊ firmũ signum teneat regnũ auget nomen ⁊ famã multiplicat ⁊ opes. Item si ☉ est in octauo vel sexto si orientis dominus est bonus et in oriente vel in medio celi: et si princeps in omnibus ei faueat mortem tamen ab eo a quo regnum receperat. Item si de nocte dignitas habetur: sicut in die de ☉: sic de ☽ ĩ nocte dic: si enim ab infortunijs est munda et in loco saluo corpus seruat incolume: si cum malis vel eis applicat deponentur. Item ☽ distans a ☊ vel a ☋ per. 4. gradus vel minus significat inutilez principatum vltra. 4. gradus minus nocet vltra. 12. mala liber effugiet: alibi hora deceptiõis honoris significat qđ est inter homines et principem suum id est hora intronizationis eius principis: alibi hora cui datur honor fasaleo a domino significat futurum inter dominum ⁊ ipsum Et hora qua intrat dignitatez significat qđ futurum est inter eum ⁊ populũ subiectum. Non presumas assimilare figuras ⁊ conferre inter se signatores regnorum ante scientiam assimilationis propositorum: quia regna mutant̃ in omni coniunctione: ⁊ cum certificaueris ordines dabis regi ⁊ illis quib⁹ p̃est quod eis debetur ex ordine ⁊ salu⁹ eris ab errore: alibi non iudices ex vno planeta res mundi mutari anteq̃ totam figuraz cognoscas: regna eni in magnis coniunctionibus mutantur: et cum omnes bene aspexeris scias

Cũ q̃s p̃ncep̃s regnũ ĩgredi aut ĩp̃iali sed sedẽs regia p̃mũ admĩstrat negotia nota.

cuius nature fuerint domini eorum ⁊ eorum fasalli in quolibet: ⁊ non erra/
bis argumentū ꝙ dignitas prelati reducitur ad decimum. Wellius quoq̄
duratione̅ regis in regno sic determinat quot gradibus distat ☉ ab orient[illegible]
gradu tot annis vel mensibus vel diebus regnabit: idem per partem regis
et officij que a ☉ accipitur ad gradum medij celi: et proijcitur a gradu ♃ et
vbi terminatur proiectio ibi est hec pars cuius loci termini domin⁹ si est in
domo sua vel regno annos minores perfecte attribuit: ⁊ si terminus est sub
radijs vel post infelix aut in signo malorum vel termino vel adustus quot
sunt minores anni tot menses vel dies accipe. ¶ De prelati expulsione sic ꝓ
cede ſm Welliū. Si medij celi dominus est corruptus aut ipsum medium
celum cum ☽ consequitur gradum infortunij quod medium celum aut do/
minum suum corrumpit aut in eodem conuenit gradu collataꝫ exiuit digni
tatem nisi illud infortunium illo relicto ad alium transeat: nisi ♃ aut ♀ ad
eundeꝫ perueniat gradum: nam si sic in eodem statu conseruant: sed curas
mordaces et gemitus tollere non possunt. Item dicit si infortunium est in
medio celi aut ipsum respicit in ipsa hora rex habebit in como. Idem a me
dij celi gradu ad infortunium gradus computa ⁊ singulis gradibus da an
nos menses vel dies. Idem da singulis horis rectis dies aut mēses aut an
nos duabus semper duos dies. Item ſm partē que a duodecimi domino
ad duodecimum gradum assumitur: ⁊ quantus est numerus graduum per
totidem dignitatē conseruat. Antecessorē scias per stellam que est in nona
sin autem per dominum noni: successorem per stellam in vndecimo: sin aūt
per dominuꝫ vndecimi: ⁊ de vtrisq̄ ſm illud iudica de illorū bono vel malo
Predecessoris ⁊ successoris genus ⁊ patriam scias per planetas dominan/
tes illis locis. ♄ indum vel arabem significat. ♃ de babilonia vel persia. ♂
romanum. ♀ arabē. ☿ a partibus occidentis. ☽ in terra. ☉ ab oriente aut
regis familia ⁊ domo: ⁊ quicunq̄ fuerit si est in domo ♄ ignobilē vel senem
significat. In domo ♃ vel termino de sapientibus ⁊ mercatoribus vel legis
ordine. In domo ♂ vel termino ducem exercitus vel bellorum principem
et victorem ⁊ sanguinis effusorem: qui ⁊ frequenter ignem promouet. Que
de domo ☉ de regia familia vel augurem vel astrologum vel venatorē aut
alicuius optime professionis. In domo ♀ aut termino cantoreꝫ mulierum
amatorem vel iocis delectantem. In domo ☿ vel termino scribam vel con
sulem. Et in quarta orientali adolescentem: in occidentali profectum etate
significat. Et hora cum precepta fugerit regnare incipit vigorem eius: ⁊ q̄z/
diu sit regnaturus indubitanter exponet. Cum quis ad honoreꝫ promouet
aut primū pro tribunali residet: aut in hora facte questionis si stella que est
dn̄a regni signi in quo ☽ est ab infortunijs est munda per annum integrum
⁊ vltra regnabit. Et si ☽ illi non conuenit alia cui applicat ☽ infelix vel adu
stioni proxima quot gradibus ab adustione distat tot menses da. ☽ bene

locata cum beniuola gradum stelle que ☽ recipit consequitur et est adusta dispositionis est signum. Itez cum luminaria sunt in oriente vel medio celi ⁊ eorum locis infortunarum altera conueniat priuat honore. ♄ in oriente vel in medio celi sub fortunarum aspectu secundum annos suos minores scz. 30. honorem conseruat in loco peruerso vel in casu. 30. mensibus. ♃ in oriente vel medio celi. 12. annis: corruptus totidem mensibus. ♂ ibidem. 15. ānis corruptus totidem mensibus. ☉ annis octo corruptus totidem mensibus. ♀ in altero locorum ⁊ orientalis in domo vel regno annis. 10. cadens aut applicans malis totidem mensibus. ☿ annis. 10. dux corruptus mensibus 10. ☽ 25. annis corrupta tot mensibus ⁊ sic omnes. Item qui honorem amisit recuperabit si in hora questionis domin⁹ orientis applicat decimi domino ⁊ hoc fit cum labore: si econuerso dominus decimi applicat domino orientis sine labore. Idem insinuat ☽ stelle applicās in decimo vel oriente Idem dominus orientis si est retrogradus: ⁊ si ☽ tunc est in tropico cito redibit. Et prelatus sic placebit subditis prout habent se adinuicez dominus septimi ⁊ domin⁹ primi: istis conferas ea que de natiuitatibus in domo decima notaui: ⁊ ita secure poteris de digintatibus iudicare.

De Re spata

De domo vndecima vt de sperato scitur per dn̄m vndecimi. Si enim dn̄s orientis illi applicat vel econuerso habebitur qd̄ speratur et si bono aspectu faciliter: et si malo difficulter. Idem si dn̄s orientis in cardine est recept⁹. Item qui ☽ respicit in bicorpore modicā partem sperati confert: in tropico difficultas occurrit: in firmo integre ꝑficit. Item si receptor ☽ corruptus est qd̄ adeptus est destruet. Et si qui ☽ ꝯsilium legit est recept⁹ ad uotum confert oīa. Et si vis scire de hoc qd̄ querens non vult exprimere vide orientis dn̄m ⁊ ☽: si enim de cardinibus aut post cardines applicatio fit ꝯsequet̄ qd̄ sperat: sin aūt minime. Si aūt de cuius adeptione fuit solicit⁹ exprimat. 12. domorum sigtionez inquire ⁊ iudica. De odio ⁊ amore inter duos vide per ascendens ⁊ septimū ⁊ eoꝝ dn̄os: silr̄ per ascn̄s ⁊ vndecimuz ⁊ eoꝝ dn̄os. Item dn̄s vndecimi cū dn̄o primi in bono aspectu ꝯcordiam sigt ⁊ magis est in receptione. Item beniuola in oriente vel medio celi veꝝ amorem significat: si mala malum econtra.

De hostib

De domo duodecima vt de hostibus sic iudica inuadentem significat stella a qua separat̃ inuasuꝫ cui iungit̃ qui ergo ex his est fortior ille vincet: similiter fac cũ dño ascendentis ⁊ septimi ¶ De cursu equoꝝ ponã in tractatu nono electionũ omnia q̃ hic notaui de questionibus per singulas domos cõfer ea que collegi ordine domoꝝ de natiuitatibꝰ ⁊ per ista ⁊ per illa secure iudica. Si enim bene consideraueris vtrasqꝫ scientias prompte cognosces hoc de quo dubitas: licet enim illa sint naturalia ista tamẽ naturalibus sunt similia. Et de similibus dant simile iudiciũ sapientes protrahis̃ de ascendẽte quod corrumpit questiones ⁊ vitã nati nato non est. Et age sic aspice stellã lucentem in natiuitatibus ⁊ questionibus stellã cui iũctus est dñs ascendẽtis aut dominus rei ⁊ cui coniuncta est luna quia luna est particeps dñi asceudentis aut est lucens in questione super ascendens ⁊ dñm eius ⁊ dñm rei considera ergo stellam coniunctam ⁊ cum qua coniungit̃. Nam si cõiungit̃ cũ fortuna que non recipit aut cum stella retrograda aut cadente aut combusta aut cum infortunata abscisi luminis corrumpit̃ res ⁊ si coniungit̃ cum stella ⁊ illa est salua ⁊ illi stelle est continuatio alicuius stelle cum qua coniungetur illa donec terminant̃ coniunctiones tunc aspicimus ex coniunctis cũ ea tunc si est ei abscidens vt dictũ est. In primis corrumpet̃ res post rectificationẽ. Et si non est ei abscidens tunc questio est recepta. Et si coniungit̃ in principio rei cum infortunata abscindit̃ cum corruptione: ꝙ si infortunata est receptio absqꝫ quadratura ⁊ sine oppositione ⁊ sine parilitate res cõprobet̃: ⁊ si est absqꝫ transpositione ⁊ sine quadratura. Et si coniungit̃ in pricipio rei cum fortuna ⁊ non est coniunctio cum infortuna complet̃ res ꝙ si transfert inter vtrasqꝫ stella ad quam transfert cadens infortunatã non receptam corrumpit̃ res. Et si congregat lumen duarum stellarum ⁊ congregans inter vtrasqꝫ est infortunata corrumpit̃ res. Et si est recipiens vnam earum ⁊ non est recipiens aliam corrumpit̃. Et dicit zahel ꝙ hoc capituluꝫ mesahalach occultauit cuius sciẽtia in natiuitatibus ⁊ questionibus est valde necessaria ꝙ ego ipsum non credo fecisse ex proposito.

D cursu equorum

Tractatus nonus de electionib⁹ ⁊ imaginibus.

Electio est aptatio signoꝝ ⁊ planetarū in fortitudine ⁊ fortuna ad horā alicu⁹ rei incipiēde. Fit aūt ꝟm diuersitates hominuȝ etatis honoris officij ⁊ secte. Hō factus est vt cogitet ⁊ eligat: bestie vt ꝓdēt ⁊ festinēt. Apteť ergo luna qꝛ significationē habet sup omnib⁹. Solē apta tanq̄ꝫ regeȝ. Itē planetas qui rem ꝓpositā naturaliter signt vt venus nuptias: iupiter substātias ⁊ silr de alijs vt significāt: ascēdēs ⁊ eius dn̄s apteť: luna ⁊ eius dn̄s quartū ⁊ ei⁹ dn̄s: decimū ⁊ eius dn̄s: pars fortune ⁊ eius dn̄s: signū quoqꝫ rei ꝓposite: signū aq̄ticū ꝓ nauigio: terreū ꝓ via terre: vt hec sint libera a malis ⁊ eoꝝ aspectibus masculini masculinis: ⁊ feminini femininis. Itē signū quesite rei: boni sint in angulis mūdi a malis nō in cadētib⁹ vel impeditis signis: ⁊ meli⁹ est si bonus est cū bono: nō sit cōtrarietas inť planetaȝ ⁊ locū suū: qui aspicit significatorē a dignitate sua bonū est. Si solē aspicit dn̄s sui termini bonū ē. Si dn̄i anguloꝝ ꝑ gradus ⁊ ꝑ ascēsiōes benigne se aspiciūt: ⁊ maxime ad ascēdēs: ⁊ hic ab angulo significat exaltationē ⁊ nomē magnū. Sint stelle fixe de natura bonoꝝ in ascēdēte vel in. 10. vel in. 9. Dom⁹ sigtoris nō sit signuȝ obsessum inter duos malos: si est ibi fortuna non nocet si est obsessa vel cadens ab angulo. Itē dn̄s signi apteť quia significationē habet ꝓpriaȝ ⁊ loci in quo est: in reb⁹ festinatis velocia ⁊ ecōtra. Regibus apteňť orientalia: ⁊ maxime leo. Pro veritate inuestiganda signa recte ascēdētia nō possunt aptari quidē oīa: qꝛ mali nō possūt a celo remoueri. Luna in ascendēte ꝟm phtolomeū ⁊ ꝟm albumasar est bona ꝟm messahala ecōtra. Fortuna i ascēdēte ⁊ melior in gradu ascēdēte vel parū infra. Locus cōiūctionis vel ꝑuētionis ꝑcedētis proxime sit fortunatus ⁊ mūdus a malis: ⁊ preuētio est luminis quod tūc est super terrā vel in oriēte ꝟm phtolomeū: vnde obseruādū est ꝙ tūc sit i gradu illo per corpus vel per aspectū ꝑ gradū vel equationem Sic de dn̄o gradus cōiunctionis vel ꝑuētionis quomodo se habet luna a cōiūctione vel preuētione: si vadit ad bonū signat bonū finem de bono ad bonū: bonū iniciū ⁊ bonū finē ⁊ ecōtra. Dn̄s cōiūctionis vel ꝑuentionis in hora illa oriētalis ⁊ in domo sua vel exaltatione vel in bono aspectu illius vel triplicitate sigt bonū: ⁊ natū sic euadere mala ꝑ prudētiā: ⁊ si locus coniunctionis vel preuētionis cadit ab angulo erit infra hoc: apteť dn̄s cōiunctionis vel ꝑuētionis ꝑcedētis electionē ⁊ quarte anni ⁊ dn̄s anni. dn̄s signi lune in anni reuolutione: vel dn̄s anni i hora eleuationis fortunatus significat augmētū honoris incipiētis ⁊ laudabilē finē rei. Et ꝑs cōiūctiōis vel ꝑuētionis in bono loco sigt rem firmā ⁊ tūc natū vel eleuatū apteňť etiā dn̄i triplicitatis lune i cōiūctione vel ꝑuētione: qꝛ sūt custodes nati ⁊ incepti luna i angulo aucta lumine bona est in angulis ⁊ ecōtra. Luna ⁊ alij significatores

catores sup terrã signãt rẽ patefieri: veloces significatores signãt rẽ cito fieri ⁊ ecõtra. Luminaria aspiciẽtia se benigne signãt fortitudinẽ incepti ⁊ nati: ⁊ maxime cũ luna est in signo gaudij sui: quod est vbi est caput. Fortis est planeta orientalis a sole: occidẽtalis a luna ſm hoc elige. Luna fortis est ĩ nocte vt sol in die. Pre oibus aptent ascẽdẽs ⁊ luna ⁊ eoꝝ dñi: qꝛ meliꝰ est corpus ⁊ aĩaz custodire quã rẽ quãcũqꝫ pficere. Luna dicta firis motui saturni signat tarditatẽ ⁊ difficultatẽ. si oportet aliqd incipe ⁊ luna est infortunata: sit fortunãs dñs ascẽdẽtis liber in esse ⁊ si recipit lunã meliꝰ est. Cauẽdũ est a cõiũctione maloꝝ ne sit cũ aliquo significatore in eodẽ signo nec in opposito nec in quarto: ex trino vel sextili nõ impediũt ⁊ ſm mezahali fiunt fortune si sit aliqua receptio inter ipsos. Mali nõ sint cum bonis a quibus accipimꝰ significatores aut significatiões nec ĩ q̃rto nec ĩ opposito nec ĩ carcere eoꝝ. Significatores nõ cadãt nõ sint debiles: caueat multũ ab eclypsi hora cõiũctionis: ⁊ si fuerit in signo ĩ quo fiũt luminaria ĩ natiuitate eiꝰ cui eligimꝰ. Nõ sit luna sub radijs nec alit impedita: nõ sit stella de natura malorũ in gradu ascẽdẽte vel medij celi vel dñs rei eligẽde. Nõ sit significator iũctus soli nisi sit vnitus ei. Nõ sit significator ĩ quarto vel opposito aspectu solis: si tñ est receptio inter eos erit leuius: modicũ tñ oppositꝰ dat semp iurgia ⁊ cõtrarietates. Nõ sint mali ĩ angulo: maxĩe in ascẽdẽte vel ĩ. 10. ⁊ maxime si fuerit mali dñi signi significãtis malũ vt ẽ sextũ octauũ tũc enĩ signãt hoc qđ signãt domĩ eaꝝ. Nõ sit ascendẽs signũ qđ fuerit impeditũ ĩ reuolutione anni eiusdẽ. Nõ sit luna tardior ĩ eo qđ cito volumꝰ fieri: tũc enĩ dilatat ⁊ rẽ facit difficilẽ nisi sint veloces plures significatores. Remoue signa mobilia in durabilibꝰ: nõ sint anguli in remotione cadẽte qđ est: cũ nonum ſm numerũ fit decimũ ſm equationẽ: sed ſm accidentẽ cũ ex vndecimo fit decimũ ⁊ hoc valet in rebꝰ quas ppetuo durare volumꝰ. Nõ sit dñs ascendẽtis nec dñs rei: nec planeta significans rez: nec dñs domus lune: nec planeta cui luna iungitur in senio qꝫ est cũ fuerit prope solẽ occidẽs in vespere Sed procul a sole non nocet nisi quia significat tarditatẽ sed prope in mũdiciã. Item cũ necesse fuerit aliquid incipere in horis laudabilibus ⁊ luna iungit marti ⁊ saturno ⁊ si res significãt a fortunis incipe sub ipsis ⁊ cõmisce aliquid de natura mali. Mali recepti sunt meliores q̃ esse possunt ⁊ peiores cum sunt horribiles.

In manifestādi

Ad occultādū

IN manifestādis apta vt sit ascendens in aspectu solis ꝛ sol bonos aspiciens. Ascendēs ꝛ ☽ in aspectu bono ꝛ luminaria se aspiciant aspectu bono: ꝛ si sic res nō poterit occultari tūc fugiens capiet̃. Sed si aspectus fuerit malus etiā detege̾t. Sed non vt oportet: significatores etiā sup terraȝ detegunt. ¶ Ad occultandū sit dn̄s ascendētis ꝛ luna sub terra ꝛ alter sub radijs: aut luminaria cadentia ab ascendēte: nō aspicientia se. Cū luna est in eodē gradu cuȝ sole ꝛ venus in ascendente iter inceptū ꝛ absconsuȝ a nullo scie̾t. Angulus quarte plus occultat ꝛ decimi magis reuelat. ¶ In occultatione si est dn̄s ascendentis malus seque̾t inde multū malū ꝛ maxime si luminaria fuerint impedita. Fortior occultatio est cū significatores incorpan̄t soli. ¶ In clādestinis luna sit sub radijs non intrans sed exiēs dn̄s cōiunctionis vel p̄uentionis cum fuerit in angu

quesite ꝑficiť res ⁊ cũ sole aliquid occultat cũ dñs cõiunctionis vel ꝑuẽtio-
nis est in angulo nõ poterit occultari. Cum aspicit significator ascẽdẽs erit
occultũ de substantia significatoris si non aspicit erit de substãtia ascendẽ-
tis. Et dñs hore significat colorẽ: luna similiter terrã nouiter defossam: sub
terra dudum: pars fortune ⁊ dñs eius an sit breuis an longa: dñs termi-
ni quarte vel decime ille scilicȝ qui est in angulo ⁊ dñs gradus termini lune
naturã rei occulte. ¶ Nullũ edificiũ eleuabiť cuius significatores iuncti fue-
rint planete existẽti sub terra. Respice stellas in cõstructione vrbiũ: ⁊ plane-
tas in compositione domoꝝ. ¶ Martis impedimẽtũ minuiť in nauibus cũ
nõ est in decima vel vndecima cũ enĩ ibi fuerit perdiť quicquid in naui fue-
rit ꝑ piratas. Et si cũ hoc vna stella de cordibus signoꝝ in ascendente fue-
rit cõbureť nauis ⁊ quicq̄d in ea est. ¶ Domus cito corruet in cuius inicio
est meridiana in latitudine in scorpione vel in piscibus. Cũ fortune dñanť
in radicibus non curenť mala que sequnť si cum sequẽtia sunt laudabilia
duplicať persona. Itẽ incipe in horis dominij iouis veneris ⁊ solis. ¶ De-
biliteť dñs septimi cũ volumus ire venatũ vel ad preliũ: nũquã debilitãtur
a lumine in ntĩtate vel in reuolutione. ¶ In regũ electione apta solẽ ⁊ .10.
⁊ eiꝰ dñm: scribis mercuriũ: pugilibꝰ ⁊ ferrarijs ⁊ carnificibꝰ martẽ: iudicibꝰ
⁊ mercatoribꝰ iouẽ. mulieribꝰ ⁊ arabibꝰ venerẽ: saturnũ senibꝰ ⁊ agricolis ⁊
⁊ iudeis. Et plurimũ genꝰ ⁊ terre secte ⁊ operis signũ masculinũ ⁊ horas di-
urnas masculinis feminis eꝫ. ¶ Pro emẽdis seruis ⁊ aĩalibꝰ qꝛ sunt substã-
tie: apta secũdũ signũ ⁊ dñm eiꝰ: pro tinctura rubei martẽ: pro viridi iouem:
ꝑ liuido saturnũ: pro citrino solẽ: pro albo venerẽ: ꝑ vario mercuriũ: ꝑ colo-
re argenti lunã: Oẽs hore adurant que sunt solis quas exposui in tractatu
quarto de introductorijs qꝛ male sũt vita earũ. ¶ Si natiuitas est nota po-
ne almutaȝ ntĩtatis in angulo vel succedẽti electionis ⁊ meliꝰ est suꝑ terram
⁊ sit liber a malis ⁊ iunctus fortibꝰ fortunatis ꝙ si fuerit malus ponať ĩ suc-
cedenti ne positus in angulo destruat rẽ. Et meliꝰ est si dñs reuolutionis ⁊
dñs partis fortune ⁊ dñs ꝑfectionis ⁊ dñs orbis aut natiuitatis almutam
obseruent. Itẽ ascendẽs radicis sit ascẽdẽs electionis vel mediũ celi liber
a malis ⁊ meliꝰ est si est ibi fortuna vel aspicit ascendẽs benigne. Si nõ põt
illud fieri sit signũ quintũ vndecimũ siue reuolutiõis vel ꝑfectionis vel signũ
partis fortune radicis vel reuolutionis ita tamẽ ꝙ sit liber a malis. Itẽ po-
ne domũ rei in natiuitate vel reuolutione ascendẽs in electione: ⁊ luna aspi-
ciat ascendẽs ⁊ nõ aspiciat malus: ⁊ si malus aspicit ⁊ natiuitatis dñs non
fuerit non impedit ⁊ talis rei perfectio erit valde bona. Nequaquã sit ascẽ-
dens electionis domꝰ infirmitatũ in radice nec mortis nec inimicoꝝ. Sit
dñs ascendẽtis electionis in bono loco ab ascẽdente radicis idẽ facias de
ascendẽte reuolutionis si põt fieri ⁊ de signo ꝑfectionis ⁊ loci partis fortu-

D uenatõe ⁊ p[re]lio
D electõe regũ
p emẽdis s[er]uis ⁊ aĩalib[us]

ne ⁊ magis partis fortune in radice natiuitatis fortitudo significat̃ ⁊ aspe-
ctus signorũ fortunarũ anullãt omne malũ. Si dñs ascendentis natiuitatis
vel reuolutionis vel electionis est in domo rei in natiuitate vel reuolutione
vel electione res pficit̃ cũ labore eligẽtis: ⁊ si econuerso sine labore si tamen
sit fortis ⁊ liber a malis. Si dñi duoꝝ locoꝝ aspiciunt se benigne bonũ est:
⁊ magis si coniungunt̃: ⁊ maxime si est receptio inter eos. Jtez si in natiuita-
te significatũ est nato malũ anno tali nõ incipiat opus grande in anno illo
maxime ꝙ pertinet ad illud malũ significatũ. Sed si oportet incipere pona-
tur significator mali cadẽs ⁊ aptem⁹ ascendẽs quantũ possimus ⁊ dñm fi-
nis rei ⁊ eoꝝ dños ⁊ fortuna ponat̃ in loco in quo fuit ille malus in radice
vel radij fortune vel saltem remoueant̃ mali ab angulis ⁊ specialiter signi-
ficator mali. Si natiuitas sigt optationẽ illius rei in hora illa res pficit̃ etiã
si nõ sit electio perfecte bona. Mala significata in natiuitatibus quãdoq̧
minuunt̃ quãdoq̧ in toto tollunt̃ etiã ẜm omnes astrologos ⁊ ob hoc erat
necesse cognoscere natiuitates. Jtem si nescis ascendens natiuitatis pone
ascendẽs reuolutionis anni mũdi. Cũ etiã aliqͩ magni in bonis euenit ali-
cui ascendẽs tunc ponit̃ ascẽdẽs illius. Jtem cum fortis est planeta si eue-
nit alicui bonũ ponit̃ ille illius planeta. Similiter de regionibus ⁊ ciuitati-
bus ⁊ cũ est debilis malũ: unde oportet vti in fortunis in electionibus sicut
periti medici vtant̃ venenosis ẜm competẽtem quãtitatẽ. ¶ Nõ eligas nisi
illi cuius patuerit tibi intentio in natura rei cui eligis ⁊ nisi finẽ intentionis
in illa sciueris ⁊ compa ꝙ est inter virtutẽ spericã ⁊ tuam experientiã ⁊ simi-
liter fac in omnibus. ¶ Jn cursu equoꝝ quo egredit̃ domũ suam cuius do-
minus hore est in ascendente erit primus: si dñs hore est in decimo erit secũ-
dus: si in septimo veniet inter primũ ⁊ vltimũ: in quarto erit vltimus: ⁊ si do-
minus hore est in loco casus ille quẽ significat precipiciũ patiet̃: ⁊ sit luna i
signo vel in medio libre ⁊ sic cõsulit alkindus. Etas eius scit̃ per dñm duo-
decime si orientalis duos dentes mutauit: si occidẽtalis omnes. ¶ Pro lu-
do exi domum tuam sub signo mobili ⁊ nequaquã sub fixo: ⁊ sit luna iun-
cta marti ex trino ⁊ non saturno ⁊ facies tua ⁊ pectus contra lunam ⁊ luna
sit super terram.

De cursu equoꝝ

pro ludo

Cum vis facere imaginẽ alicui pro sanitate vel egritudine: fortunẽt vel infortunẽt hec: ascendens ⁊ dñs eius: ⁊ dñs domus dñi ascẽdẽtis: luna ⁊ dñs eius decimũ ⁊ dñs eius: dñs octaui dñs hore. Inscribunt: hec nomẽ rei: nomẽ ascẽdẽtis: nomen dñi ascendẽtis: nomẽ dñi diei: nomẽ dñi hore: pars bonoruꝫ vel malorum. i. dñs partis. Dicit ꝙ intendit imago reponitur vel sepelit vt supra: mediũ celi si sit ad fortunãdum hominẽ portet eam secũ vel reponet eam in domo sub ascẽdẽte fortunato fortunio forti. Similiter fac in loci fortunatione vel destructione regionis. ¶ Pro substantia faciliter acquirẽda fortunet ascẽdẽs ⁊ dñs eius: secũdum ⁊ dñs eius: dñs secundi sit in retrogradatione cũ dño primi: dñs secunde sit inobediente dominꝰ prime in imperanti: decimũ ⁊ dñs eius: octauũ ⁊ dñs eius: vndecimũ ⁊ dominꝰ eius: luna ⁊ dñs eius: pars fortune sit in primo vel vndecimo. ¶ Pro habenda re optata vel recuperanda re perdita: due fiant imagines: prima fiat sub ascendente illius qui rem petit vel repetit ẜm natiuitatẽ vel interrogationẽ ⁊ fortunet ascendẽs ⁊ dñs eins: ascendẽs ⁊ dñs eius aptet in fortitudine ⁊ fortuna ita vt etiam ponat in signo imperanti ⁊ ponat in coniunctione vel bono aspectu cum receptione significatoris illius qui rem tũc tenet vel detinet: ⁊ dicat ꝙ intẽdit vt si rex decimi si pater quarti: si frater tercij ⁊ sic de alijs. Et nominet imago noĩe famoso illius pro quo facta est ⁊ cum pfecta est inscribat nomẽ rei: nomẽ ascendẽtis: nomen dñi ascendentis: nomen dñi diei: nomẽ dñi rei: ⁊ nomẽ dñi hore. Secũda fiet sub ascendente illius qui rem tenet aut detinet ⁊ fortunet ascẽdens ⁊ aptet dñs eius in fortitudine ⁊ fortuna excepto ꝙ ponat in signo obedienti ⁊ ponat in cõiunctione vel bono aspectu cum receptione significatoris imaginis prime ⁊ dicat ꝙ intẽdit ⁊ nominetur imago nomĩe famoso illius pro quo facta est cum perfecta est inscribat nomẽ rei: nomẽ ascẽdẽtis: nomẽ dñi ascẽdentis nomẽ dñi diei: ⁊ nomẽ dñi hore: ⁊ cum ambe sunt perfecte ponãtur ambe cum dño imaginis prime. ¶ Pro fortunatione loci ⁊ eius destructione procede sicut habes supra de sanitate ⁊ infirmitate hoc addito vt in bonis ponas dñm hore bonũ planetã ⁊ ꝙ ille sit ĩ bona habitudine: ĩ malis vo malũ planetam ⁊ specialiter saturnũ ita ꝙ infortunes eum. ¶ Pro honore habẽdo fortunet ascẽdẽs ⁊ dñs eius: dñs decime sit in receptione cum dño prime pars fortune sit in decimo vel vndecimo. ¶ Pro fauore maioris inter dñm prime ⁊ decimi sit cõiunctio vel receptio cum bono aspectu vel ambo sint liberi a malis. Et dñs decimi in ascendẽte vel aspiciat euꝫ benigne vel ambo sint liberi a malis. Et dñs decimi nõ impediat dñm ascẽdẽtis: secũdã fac sub ascẽdẽte. 10. cũ dictis cõditioĩbꝰ ⁊ pone manũ secũde ad collũ pme
¶ Ad odiũ maioris ĩ oĩbꝰ fac 3riũ dñs decĩe ĩ opposito sit pme cũ sepatione

P amore alicuiꝰ hñdi

¶ Pro amore alicuius habendo fac imaginē illi cui vis amorē acquiri die ⁊ hora iouis sub ascēdēte natiuitatis vel interrogationis: fortuna ascēdēs ⁊ dñm eius ⁊ remoue malos ab ipsis: dñs decime sit fortuna ⁊ iungat̃ dño ascendentis cũ receptione corporea vel bono aspectu noia imaginē nomine famoso illius pro quo facis. Secundā imaginē fac sub ascendēte vndecime ꝑ amico: sub ascendente septime ꝑ vxore: noia etiā imaginem istā noie famoso illius pro quo facis pone secundā cũ prima vt amplexent̃ se pone ĩ panno mũdo ⁊ cũ dño prime imaginis: imagines ambas: vis nõ est in metallo de quo fiat vel cera vel luto quia sufficit obseruatio ascēdentis cũ conditionibꝰ memoratis. ¶ Pro repulsione alicuiꝰ aĩalis verbi grã scorpionis

P repulsioẽ alicuiꝰ aĩalis

fac imaginē scorpionis ascēdēte scorpione luna sit ibidē infortunata: infortunet̃ dñs ascendētis in octaua. Infortunet̃ dñs quarti septimo vel q̃rto aspectu maliuoli. Inscribant̃ hec: nomē ascēdētis: nomē dñi ascēdētis: nomē dñi diei: nomē dñi hore: nomē lune. ¶ Et in bonis que inscribis pone in ante: in malis in dorso. Sepeli imaginē versã in medio loci meliꝰ erit si feceris quatuor ⁊ sepelieris oẽs versas in q̃tuor ꝑtibꝰ loci loco recto diuiso ĩ quatuor ⁊ cũ sepelis dic: hec ē sepultura scorpionis vt recedat ab isto loco ⁊ nõ redeat ineternũ. ¶ Forme caput inquā fundis imaginē sculpe sub ascendēte in quo sit caput draconis ⁊ dñs ascēdētis sit boni eẽ. Corpꝰ sub ascendente in quo sit luna aucta lumine iuncta fortune: spatula ⁊ pectꝰ sub ascēdēte in quo sit iupiter: ventrē sub ascendēte in quo sit venus: ancas sub ascēdēte in quo sit sol ĩ aliq̃ dignitate sua. femora sub ascēdēte ĩ quo sit mercuriꝰ nec retrogradꝰ nec cõbustꝰ. Sed in aliq̃ dignitate sua. pedes sub ascēdēte in quo sit luna veneri sociata. ¶ Cõpletꝰ est liber imaginũ. Sequit̃ additio ad ea.

Insuꝑ nota q̃ hore angulares medie optima vndecima silr pars fortune vtrũq̃ obserua si põt. Capitula vo libri dicti retineas ꝑ hos vsus. Corpꝰ qd̃ substat rē habēs honor ⁊ fauor assit: huic amor ⁊ vastās nociuũ siue repellēs. ¶ Itē ea que fortunant̃ ꝑ faciēdis imaginibꝰ ꝑpēdo ntitates bonas vl' malas ⁊ reuolutiones ⁊ q̃stiones ⁊ inceptiones; ꝑ corꝑibꝰ substātijs: honore: fauore: amore: repulsione ⁊ cõtrarijs ꝑ lunā in māsionibꝰ bonis vel malis scio diē bonā vel malā: obserua sꝑ ꝑ statu corꝑis ascēdens ⁊ dñm eius quõ hꝫ se in se ⁊ cũ ascendēte ⁊ qs est ibi corꝑe vel aspectu. partē fortune ⁊ dñm eiꝰ ꝑ statu sub̃e: solē ꝑ valētia ⁊ honore: lunā ꝑ habitudine aĩe cũ corpore: mediũ celũ ꝑ magisterio ⁊ ope. ¶ Pro societate cõtrahenda nõ sit luna in signo mobili. In scorpione ⁊ aquario male finit̃. In tauro bonũ est cũ equali. In leone bonũ est absolute. ¶ Cũ vadis vbi vis preesse pone iouem in ascendēte vel in nona ⁊ habebis ibi bonũ. In quarta esse terribile. Itē luna ⁊ venus testificent̃ ioui: nõ sit malus in angulo: nõ sit luna sub

pro societate ꝯhẽda

Cũ uadi ... ẽe

radijs ☉ vel cum ☋ nec cum malis quia tunc peregrinus non redibit: infirmatus tunc morietur. ¶ Cum vadis ad bellum non sit domin⁹ ascendentis in septimo vel octauo vel in nono nec dñs primi vadat ad dñm septimi: quia iens tunc ad bellum occidetur vel superabitur. ¶ Ad citum reditū ꝛ ꝓsperū sint ♃ ꝛ ♀ in quarta ☉ ꝛ ☽ ꝛ sit ☽ inter duas fortunas sepata ab vna ꝛ iūcta alteri: ꝛ ☽ sit aucta lumine ꝛ numero. Infortune tardant ꝛ impediunt impedimento maximo: ꝛ si cum illis est fortuna sequetur prosperitas. Et ☽ in domo octaua significat moram longam.

Cū vadis ad bellū

Ad citū reditū

¶ In mutatione hospicij sit domus quarta ♉ vel ♌ ꝛ domus erit munda nam si sit ♏ haberentur animalia venenosa ꝛ maxime in aspectu ♄: ꝛ non sit in quarto infortuna nec respiciat inimice. ♀ sit in quarta. ♃ in secunda. ☽ in loco bono conuenienti eidez. ¶ Sed quid facit ditari eum qui intrat aliam domum: cum mutas domū sit ♃ in scḋa: ꝛ ☽ in loco bono ꝛ ditaberis

D' mutatione hospitij

Cum planeta cuius negocium est in medio celo bonum est incipere opus.
☉ aptatus bonum facit reditum ꝛ velocem: et sit ☽ inter duos bonos.
¶ Nullum iter incipe cum ☽ est aucta lumine: pro via non sit ☽ in aspectu
☉ □ vel opposito. Item in exitu et reditu non sit ☽ in octauo vel septimo.
In reditu nō sit ☽ in primo secūdo vel quarto. ☽ sit in medio celi benigne
aspiciens ☿. Item dominum hore ꝛ ☽ apta pro via infortune ꝛ fortuna
dominum ascendentis. ¶ Pro via sit ☿ egressus de combustione iunctus
fortune et maxime mercatoribus. Si nullus planeta est in nona dūmodo
dominus none sit boni esse vade confidenter. Cum vadis ad personas ec-
clesiasticas apta ♃ ꝛ ☽. Cū ad scriptores ☿. Ad mulieres ♀ ꝛ ☽. Ad senes
sit ☽ in △ vel ✶ aspectu ♄. ¶ Pro exitu apta septimum et octauum et eorū
dominos. Pro reditu primum et secundum et eorum dominos. ¶ Iunge
☽ planete cuiꝰ rem vis petere vel habere. Si vis aliquid petere sit ☽ aucta
lumine ꝛ numero. Si quis postulauerit aliquid ab alio ☊ existente cum ♃
in medio celi ꝛ cum hoc ☽ vadit ad eum: vel si ☽ vadit ad dominum ascen-
dentis recedens a ♃: vel si dominꝰ ascendētis vadit ad eum cito obtinebit
¶ Cum vis aliquid emere sit ☽ ī medietate sua ab ♒ in ♌. Cum arma vel
instrumenta bellica vis emere sit ☽ cū ♂ in fine mensis. ¶ Pro disciplinarū
exordijs elige pre ceteris diem ☉ ꝛ ☿: ꝛ nunq̄ꝫ diem ♄: ꝛ ☿ ꝛ ☽ sint bene lo-
cati. ¶ Dies quoqꝫ ♀ est vtilis pro minutione: non sit ☽ in ♊ nec in ♓ quia
♃ et ☿ abscisis negant incrementum: ꝛ ☽ sit crescens numero et lumine.
¶ Oculos cura cum ☽ est aucta lūmine sine aspectu malorum. Semper et
in omnibus caue ꝙ dominus ascendentis non sit in domo octaua: nam in
questionibus hoc mortale inuenitur.

Pro via

Pro exitu

Cū vis aliqd emere

Pro disciplinarum exordijs

Oculorum cura

¶ Cum vtrunq; luminarium applicat domino orientis existenti in cardine de cardine quicquid a rege petieris habebis vel impetrabis: et alterum luminarium tenens medij celi dominium dat maximum incrementū. ¶ Qui accesserit ad regem ☽ existente in ♒ non recipietur ab eo nec curabit eum rex. ¶ In omni inceptione rei apta circulum ad naturam eius quod incepturus es: quia inter circulum celi et naturam inferiorum est: sicut inter magnetem ⁊ ferrum: ⁊ inter patrem ⁊ filium: ⁊ comedentē ⁊ cibum. ¶ Mobilia signa elige in mutationibus: fixa in durabilibus: ⁊ ♏ est leuior inter fixa ♒ tardior et deterior. Non ponas ☽ crescentem in ascendente: vel ille cui eligis infirmabitur: nisi dominus ascendentis aspiciat gradum ascendentis vel erit vt absens a domo sua non potens rem suam defendere. Si dominus ascendentis aspiciat illud bono aspectu: ⁊ non sit ☽ in angulis impedita: et sit fortuna in angulo ascendētis: non cadat pars fortune in inicijs ad aspectum ☽ vel ♂ nisi aspiciat ascendens vel ☽ vel saltem dominū ascendentis

B balneo

timetur ꝙ inciditur cum nouacula vel forpicibus vel erit apostema vel horꝝ similia. ¶ In introitu balnei ⁊ in vnctione ãnose sit ☽ in aliqua domorum ♂ iuncta ☉ aut ♀ aut ♃ △ vel ✱ aspectu: ⁊ non laudaẽ ☌ cum ♀ nec aspect⁹ ♄: vel sit in domo ☉ vel in sua propria: ⁊ non placet domus ☿ nec ♀ nec ♄: non sit ☽ iuncta alicui ex predictis gradibus per gradus: sed si non est ibi in vnctione annosa non vituperãtur alia signa dũmodo salua fuerint. ¶ Pro minutione Haly ponit ☽ deficientez et ꝙ non sit ☌ ☽ cum domino octaue ⁊ ☽ non sit in domo quarta.

Figura ista bonaz signi/ficat incisionem vene seu alteri⁹ membri incidẽdi

¶ In circumcisione puerorum sit ☽ super ♀ eleuata et iuncta ♃: et caue ab ascendente ⁊ eius dño: ⁊ a ♀ ⁊ a ☽: vt ♄ ne aspiciat aliquem aliquo aspectu ⁊ maxime ascendens ⁊ ☽. ♄ enim signat reiterationem incisionis venarũ: ⁊ putredinem: sit ascendens ⁊ dominus eius: ☽ ⁊ dñs eius septentrionalis

iens ad angulũ:⁊ non sit ♂ in ascendente:nec ☽ in ♏. ❡ Pro dandis pur-
gatorijs sit ☽ in vltima medietate ♎ vel in prima ♏:⁊ sit dominus eius for
tunatus ⁊ fortis ⁊ similiter dominus ascendent(:⁊ sit ascendens aliquot ex
signis inferioribus ⁊ ☽ sit in illis:ita ꝙ in signo signati illud membrũ sit for
tuna fort(:⁊ si voluerimus calefacere vel frigidar ꝛ desiccare vel humectare
sit ☽ ⁊ ascendens in signo illud faciente: ⁊ non sit aliquis signator in signis
ruminantibus vel ascendens:⁊ magis odiosus dicitur ♑: ⁊ non aspiciat ♄
aliquo modo:ipse enim astringit:nec ♂ quia ipse ducet ad emissionem san
guinis: similiter in electuarijs salubrib⁹ preter hoc quod nõ nocet qḋcunqꝫ
sit ascendens dũmodo sit fortunatum ⁊ dominus ascendentis ⁊ locus ☽ ⁊
caueatur a domino octaue. ❡ In constipatiuis que quosdã prouocant ad
vomitũ:caue a signis ruminantib⁹ ⁊ si sit de illis sit debilis non est cauendũ
ab eis:excepto ♉:⁊ signũ membri apteť vt patet melius:et sit ☽ in cursu suo
medio in septentrione:⁊ caue ab aspectu ♂:et si ☽ est in primis tribus gra-
dibus ♉ bonum est iens ad exaltationem suam. ❡ In sternutationibus et
gargarismis ⁊ vomitibus sit ☽ ⁊ ascendens et loca signatorum signa rumi-
nantia cum omnibus alijs que dicta sunt in purgatorijs: et sit ☽ diminuta
lumine ⁊ cursu ascendens in circulo augis:⁊ sit ☽ ⁊ dominus ascendent(in
♋ ♌ vel ♍. ❡ In nouis vestibus induendis quod est de capillis corporis
sit ☽ ⁊ ascendens in signis mobilibus:nec cõmunia sint mala:⁊ caue a ♌ ex
signis fixis:nisi sit vestimentuꝫ quod pertinet ad bellum:sit ☉ in medio celi
⁊ ☽ aucta lumine:⁊ apta secundam ⁊ eius dominum ⁊ maxime in emptiõe
vestimentorum ⁊ eorum incisione. ❡ De domo secunda satis habes in na-
tiuitatibus ⁊ questionibus. ❡ De domo tercia vt de cultu dei:apta terciam
⁊ dominũ eius ⁊ ♃ ⁊ luminaria:sit ascendens altera domus ♃:⁊ apta ☿ et
subtiliter intẽtio ꝯsidereť:⁊ aspiciẽt se hi planete aspectu laudabili: ⁊ vterqꝫ
aspiciat domuꝫ alterius vel qḋ istorum poterimus aptemus. ❡ In missiõe
mandatorum ☽ sit iuncta illi planete signante illum ad quem mittimus:vt
si est rex iungatur ☉:nec sint cadẽtes. Si iudex aut mercator ♃:⁊ sit liber
cui ☽ iungitur.

De molẽdio edificad'
D' seminãdo
D' arborib' plãtãdis

DE domo quarta vt de molendini edificationẽ: sit ☽ vel ascen-
dens in ♈ vel ♎ vel in vltima parte ♓ vel ♍: nõ sit ☽ in ♋ vel
♑: quia sunt contraria qualitati. faciunt enim dies et noctes
ineq̃les: et si ☽ ⁊ domin' ascendentis sunt in alijs signis absq̃
aspectu infortune bonum est. ¶ In seminando sit ☽ in signis
mobilibus vel in ♓ vel in ♍. ¶ In arboribus plantandis ☽
sit in fixis ⁊ proprie in ♉ vel ♒: ⁊ ♄ directus in sequenti angulum in loco in
quo habeat aliquam dignitatẽ aut testimoniũ vel in ascendente ⁊ sit ascen-
dens aliquod predictorum: ⁊ ♃ non aspiciat ♄ aspectu bono a loco in quo
sit ei aliquod testimonium: ⁊ caue a ♂. Et quidam preferunt dominum ex-
altationis domino domus in plantando arbores: ⁊ dominus ☽ aspiciat eũ
a signo aquatico: ⁊ si non est ascendens signum fixum sint ☽ ⁊ domin' eius
orientales. ¶ Circa domum quintam vt de conceptione filij sit ascendens
signum masculinum directe ascensionis: ⁊ anguli fixi ⁊ non remoti: domin'
ascendentis in ascendente vel medio celi vel in vndecima et sit planeta for-
tuna qui prius peruenit ad gradum ascendentem per motum suum et ap-
tentur luminaria: ⁊ dominus tẽporis maxime: ⁊ non sit aliqua infortuna in
angulo: sed fortuna libera ⁊ fortis: ⁊ non sit impeditus domin' ascendent(is)
in mense nono: partus enim sepe tunc fit et idem est bonũ in septimo vel de-
cimo: nam ⁊ partus tunc fit primo sit fortis ⁊ fortunatus ⁊ luminaria ⁊ dñs
sexti vel octaui: si est infortuna non cõmisceantur cum aliquo signatore: et
aptentur omnia in libris natiuitatum illaudabilia: ⁊ sumanẽ ibi approbata
cum radicibus electionũ: ⁊ optimum est vt ☽ sit in ascendente in △ aspectu
☉: ⁊ caueatur a via combusta: ⁊ ♀ aptetur. si enim ♀ impeditur mulier cor-
rumpitur. Si ☽ tunc semen: et apta domum quintam et eius dominum: et
conceptiones sunt meliores in horis imparib' scꝫ pͥma tercia quĩta ⁊c̃: ⁊ ♎
ascendens quod est signuꝫ rationale: ⁊ est bona ♎ cum domino suo et erit
tunc medium celum ♋ multoꝝ filiorum: ⁊ sunt reliqui signatores in signis
masculinis: ⁊ concipitur filius: ⁊ non fit membrum tortum nec matrix torta
vel infirma. Significationes enim circulares perficiunẽ ẽm q̃ eas subiecte
possunt recipere materie. ¶ De domo sexta de captiuitate satis alibi notaui
⁊ eorum manumissiõe. De emptione volatilium quibus venamur aues: sit
☽ in ♊ vel in eius triplicitate vel in signo vel in prima medietate ♑: nam
accipiter est ibi et bonum est vt sit ☽ in vltima parte ♊ vel in ♌ vel in ♐: q̃a
ibi est lupus. ¶ Pro canibus venaticis ⁊ similibus: ⁊ dicitur etiam in ♋ q̃a
est dominus ☽: ⁊ ☽ est ceteris velocior. Cum ☽ est in ♋ vel ♍ non fiat ma-
trimonium nisi cum vidua. ¶ De domo septima satis alibi notaui supra de
questionibus ⁊ natiuitatibus: ⁊ de his que ad alias domos pertinent.

Quĩta dom'
D' cõceptiõe filij

Sexta dom'
D' emptiõe vola-
tiliũ
P' canib' venat'
Septima dom'

Figura ista bonam sigt laudē ⁊ famam.

DE domo vndecima vt de laude ⁊ fama habendis apteť vndecima ⁊ dn̄s eius: ⁊ sit aliqua de domibus iouis ⁊ si est ipse in domo vndecima vel in ascendente: aut si aspicit ea aspectu bono: bonū est: ⁊ sit iupiter liber ⁊ fortis ⁊ dn̄s vndecime tunc in ascendēte vel ecōtra: bonū est: ⁊ sit sol in decima liber ⁊ luna iuncta ei aspectu trino vel sextili ⁊ si non est separata cum hoc a dn̄o vndecime vel a ioue erit melius: tunc enim prosperabiť res ⁊ erit laudabilis: ⁊ vniuersaliter omnes signatores benigne se aspiciāt: ⁊ maxīe luminaria ⁊ ascendentis ⁊ vndecime dn̄i. ¶ Pro habendo amore apteť luna cum dn̄o vndecime ⁊ dn̄s eius ⁊ sit recepta a venere optimo aspectu: et est melius si fuerit in domo vel exaltatione ꝙ si fieri nō potest ipsa recipiať a bono ex trino: ⁊ ipsa recepta sit a ioue vel a dn̄o domus sue: ⁊ si non est sic tamen luna sit in

aliqua dignitate veneris libera. Et si queritur dilectio lucri tunc sit in ascẽ-
dente vel in eius triplicitate pars fortune: ⁊ si causa hereditatis vel terre sit
in quarta domo ⁊ sic de ceteris. ¶ De domo duodecima ad impediendu͡z
inimicum vel alium: sit luna impedita vt sit in coniunctione vel oppositio-
ne solis vel alijs impedimentis que alibi notaui: ⁊ duodecima ⁊ dñs eius
sint impediti ⁊ luna in ascendente. Nam ascendens est contrariũ lune ẜm
substantia͡z suam vel sit ante eclypsim vel post per tres dies vel minus: et sol
sit liber ⁊ mundus: ⁊ in medio celi sit fortuna: ⁊ multi timent multum illos
tres dies ante eclipsim ⁊ tres post eclipsim: ⁊ cauent ne in eis aliquid incho
ant: ⁊ quanto plus luna fuerit impedita tanto plus impediunẗ quorum im
pedimentũ querit̃: ⁊ maxime si dñs impedit subiectos: quia luna ministros
significat ⁊ vulgares. ¶ Zael in libro electionũ dicit: si natiuitas vel interro
gatio significat ad certũ tẽpus malũ: nõ eligas nihil enim proficis si ponas
omnes fortunas in angulo ⁊ facis malos cadere de angulis: vides enim ꝙ
aliqui simul incipiunt ⁊ differenter finiunt: et hoc est propter diuersas nati-
uitates: ⁊ profectiones ⁊ directiões in radicibus illorum ⁊ dicit ꝙ inter cir-
culum celi ⁊ naturas inferiorũ est sicut inter magnetem ⁊ ferrum: ⁊ inter pa
trẽ ⁊ filium: ⁊ inter cõmedentem ⁊ cibum. Et stelle fortunate ⁊ planete sunt
equales ⁊ temporati: ⁊ ob hoc boni: mali vero econtra tanq̃ fures ⁊ mali.
In mutationibus ⁊ vijs eligit mobilia signa. Et in seminãdo emendo ven-
dendo: infirmando mulierẽ vel alia ꝓmissa non valent mobilia. Rumores
tunc dicti sunt falsi nec planatio nec fundamenti positio: tũc infirmatus ci-
to moriẗ. ¶ Fixa signa valent in omnibus durabilibus: vt est plantare edi
ficare nuptias celebrare: ⁊ tunc incarceratus diu stabit ⁊ qui irasciẗ tardius
placaẗ: ⁊ mercedes tũc sunt bone: ⁊ scorpio est leuior omnibꝰ fixis ⁊ leo ma
gis ⁊ aquarius tardior ⁊ deterior. ¶ Cõia signa bona dicit esse in societati-
bus: ⁊ qð tunc fit iterabiẗ qui egrediẽẗ de carcere retrudeẗ: cõualescens reci
diuabit: narratio nõ creditur: cõsilium nõ stabit: in negocijs deceptio erit.
¶ In inceptionibus nõ ponaẗ luna impedita nec ascendens in ascendẽte
vel ille cui eligiẗ infirmabiẗ nisi dñs ascendentis aspiciat gradum ascenden
tem vel erit vt absens a domo sua: qui nõ potest eã defendere: ⁊ si dñs ascẽ
dentis est malus: pone illum illuc aspicere trino vel sextili aspectu pone for
tunas in angulo ascẽdẽtis vel medij celi: ⁊ nõ cadat pars fortune in inicijs
ab aspectu lune: aut eius cõiunctione: ⁊ nõ cures si cadit ab ascendẽte: dũ-
modo aspiciet lunam vel saltem dñm ascendẽtis: ⁊ ponaẗ dñs ascendentis
cum parte fortune vel saltem in eius aspectu ꝙ melius est. Et luna nũq̃ po
naẗ in duodecima sexta vel octaua vel secunda: ⁊ sint ascendens ⁊ luna in
signis directis. ⁊ dicit ꝙ tortuosa signa signant tarditatẽ: ⁊ boni parum iu-
uant nisi in angulo vel in vndecimo ⁊ in quinto in bonoꝝ dñorum aspectu

la q̄ꝛ mortuo belo: i solatiū doloris imaginē patr̄ fecit sibi: cui tātā exhibebat reuerētiā vt oib⁹ reis q̄ ad eā cōfugissent parceret. Ideo hoīes regni sui diuinos honores imagini ceperūt impendere. Cui⁹ exēplo hic error in plures nationes iualuit. Hic aūt aduerte ꝙ circa idē tēpus magica ⁊ idolatria vicinū ortū habuerūt. Et h̄ fuit modicū ante quartā cōiūctionē maximā vt patebit infra

Caplm̄ vndecimū de generationib⁹ Sem.

Sed de generationib⁹ Sem aliqd dicēdū est: vt veniam⁹ ad abraham. Sem igit̄. 100. annoꝝ erat qn̄ genuit Arfaxat qui sale: qui heber a quo hebrei dicti sunt ſm Josephū. Licet Aug⁹ dicat merito q̄ri: vtrū ab heber dicti sint hebrei vel ab abrahā quasi abrahei. Heber aūt genuit phaleg: qui interp̄tat̄ diuisio. Quia in diebus ei⁹ p̄ diuisionē linguarū diuise sunt gentes. Et diuisio terrarū facta est. Sed sub isto p̄cipue dicit̄ facta: q̄ꝛ in isto ⁊ in filijs ei⁹ remanēte antiqua lingua videlʒ hebraica ante diuisionē earū linguarū nō dicebat̄ hebraica sed hūana simplicit̄. Quia ea oēs hoīes cōiter vtebant̄. Phaleg aūt genuit ren vel ragan: qui saruch: qui nachor: qui thare: in quo terminata est scd̄a etas que tn̄ vsq̄ ad natiuitatē abrahe extendit̄. Thare vero genuit abraham: ⁊ hic natus est p̄pe temp⁹ quarte cōiūctionis maxīe vt sequētia declarabūt.

Tractatus terci⁹. Caplm̄. 12. de quarta cōiūctione maxima ⁊ de abraham.

Quartā cōiūctionē maximā fuisse dixim⁹ anno a principio mūdi. 3200. A diluuio vō anno. 958. vel circiter. Sciendū aūt ꝙ eusebius cronicā suā incepit a primo anno abrahe: quā deinceps insequi p̄ponim⁹. qui a natiuitate abrahe sicut in prologo cronice patet: vsq̄ ad toti⁹ orbis diluuiū numerat annos. 942. ſm quaʒ cōputationē patet ꝙ abrahā ante quartā cōiunctionē dictā natus est circiter annos. 16. Insup̄ ante eam satis p̄pe magne regnoꝝ mutationes facte sunt. Quia prim⁹ oīm Asye: exceptis indis: regnauit Nin⁹ Beli filius Cui⁹ nini t̄pibus zoroastes magn⁹ rex bactrianoꝝ clarus habit⁹ est. Aduersus quē idem ninus dimicauit. In huius nini imperio apud hebreos nascit̄ abraham. Cuius erat annus prim⁹ cum imperij nini erat annus. 43. Eodem nino regnāte apud assyrios in grecia: secūdus in sycionijs imp̄auit europs. Cuius regni anno. 22. natus est abrahā apud egyptios aūt. 16. ptās erat quā vocant dianastiā: quo t̄pe regnabāt Thebei qui prefuerūt egptijs 190. annis. Postea vero assyrijs imperauit semiramis vxor Nini: de qua innumerabilia narrant̄. Que ⁊ tn̄ asiam tenuit: plurima babilonie vrbis restaurās. Cuius tempore post dictam cōiunctionem abraham natione caldeus apud hebreos vnam etateʒ texuit.

Caplm̄. 13. de notabilioribus gestis abrahe.

Post quã ↄiunctionẽ insignia abrahe gesta innotuerũt. Nã abraham cũ.75.esset annoꝝ diuino dign⁹habebat̃ alloquio: ⁊ ea repromissione que ad eum facta est: a qua repromissione originez traxit oĩs lex seu secta diuina:tam mosayca ꝙ xp̃iana. Nã a dicto anno abrahe vsqꝫ ad moysen ⁊ egressuz de egypto gentis hebreoꝝ supputant̃ anni.430. Quoꝝ paulus apl's meminit. Ipse quoqꝫ moyses in exodo hac videlicet rõne:q̃ lex mosaica ab ista repromissione ortũ sumpsit. Qd̃ etiam de lege xp̃iana ex dictis Eusebij declarat̃. Qui ait. Primo oĩm ꝓphetarũ abrahe cũ verbũ dei in figura apparuisset humana vocationẽ gentiũ pollicet̃:quã in nr̃o tp̃e sermo xp̃i deduxit ad finẽ p euãgelicam in oẽs gentes p̃dicationẽ.

De generationibus Abrahe. Caplm. 14.

Abrahã aũt cũ esset.88.annoꝝ ante dictã repromissionẽ ex ancilla agar genuit ysmahel:a quo ysmahelitarum genus qui postea agareni ⁊ ad postremũ sarraceni falso noĩe dicti sũt. Post dictã vero repromissionẽ abrahã cũ esset cẽtenarius: genuit ex libera ysaac:cui⁹natiuitati supuixit.75.annis. Ysaac autẽ sexagenario nascunt̃ filij gemini:prim⁹ esau qui ⁊ edom:a quo gen⁹ ydumeorũ:secũdus iacob qui postea israhel a quo israhelite qui nũc iudei. Cuius anni numerant̃ vsqꝫ ad principatũ filij sui ioseph.121. Huius tp̃ibus regnũ arginorũ sumpsit exordiũ. Quoꝝ prim⁹ ynachus apud argos regnauit:quoꝝ inuenit̃ omne tempus annoꝝ.382.

De morte abrahe ⁊ ysaac. Caplm. 15.

Abrahã vero.175.annos habẽs morit̃ repromissiõis ad se facte ãno.100.ãno quoqꝫ ysaac.75. Quo tp̃e apis ĩ egypto primũ de⁹ deputatus est. Quẽ quidẽ serapin vocauerunt. Anno aũt.150. ysaac. Anno vo.92.iacob natus est ioseph. Postea ysaac.181. annoꝝ morit̃ relinquẽs filiũ iacob habẽtez annos.120. Joseph aũt dux egypti cõstitutus cum esset annoꝝ.30.rexit eam annis 80. Cui⁹pater cũ scd̃o anno famis ingressus esset egyptũ. Interrogat⁹ de pharaone quotũ annũ ageret:r̃ndit se eẽ annoꝝ.130. Et hic attẽde aliquã circa h tẽpus fuisse cõiũctionẽ:q̃ hui⁹famis seu sterilitatis causa esse potuit.

De moyse ⁊ post eum gestis. Caplm. 16.

Sed iam ad moysi tempora transeamus qui(vt dictũ est)a repromissione facta abrahe de egypto egressus est anno.430. Cuius tempore regnum atheniensium sumpsit exordium. In acta que nunc attica dicit̃. In qua primus regnauit citrops quo regnante primũ in arca oliua nata est. Et ex minerue nomine(que grece dicta est athena)athene nũcupata est. Ipe quoqꝫ prim⁹bouẽ

immolans:ionē appellauit:⁊ cytropia regio ab eo noīata est.

De quibusdam hic incidentib⁹. Caplm.xvij.

HIc aūt signanter aduerte ꝙ Eusebius in prologo sue cronice cō tra porphiriū impium quarto c peris sui libro diffuse prosequit̄ ostendere:cytropem(vt dictum est)moysi coetaneū fuisse: ⁊ an tecedere troianum bellum.320.annis. Ideo moyses omnibus (quos grecos antiquissimos putauit)senior dep̄hendit̄:homero videlicet ⁊ herodoto troianoꝫ bello: ac multuȝ sup̄ior hercule: museo:lino:tyrone:orpheo:castore:polluce:esculapio:libero:mercurio:apolli ne ⁊ ceteris dijs gentiū:sacrisꝫ vatibus ipsi⁹quoꝫ iouis gestis:quem grecia in arte diuinitatis collocauit. Nam hic citrops prim⁹(sicut dictum est)iouem ap pellauit:simulacra repperit:aram statuit:victīas imolauit:nequaꝫ istiusmodi rebus in grecia vnquā visis. Cetera quoꝫ que apud grecos mira iactant̄ po steriora cytropis annis deprehendunt̄. Et cōsequēt̄ moysi qui cū eodē fuit. Post hunc enim describit̄ diluuiū sub deucalione. Incendiū sub phetonte eri thonio vulcani ⁊ terre filius dardanusꝫ qui dardaniā condidit: de quo ho merus. Quē primū genuit celesti. Jupiter arte liberi quoꝫ raptus. Et europe sacra. Ceter(atꝫ ysidis delubrū in eleusina frumēta triptolemi regnum trois cuius dij natum geminēdē ad sidera raptum vina ioui magnis voluerunt fun dere mensis. Quo tēpore tantulus ⁊ cythios fuerunt ⁊ apollo natus est. Post quos cathinus thebeas venit:qui semelem genuit:de qua pulcherrima proles liber condignā partu tulit editam frugē. Porro liber linus ⁊ zetus ⁊ amphion museus:orpheus:minos: perseus:esculapi⁹ gemini' castoris: hercules cū quo apollo seruiuit ad meto. Post.200.annos cytropis fuerunt. Post quos facta est troiane vrbis euersio quā homerus longo prosequit̄ interuallo. Homerus autem solone' ⁊ thalete milesio ceterisꝫ qui cum his septem sapientes appella ti sunt:multo prior reperit̄. Deinde vero pitagoras qui se non sapientē vt prio res sed philosophū id est amatorē sapientie dici voluit. Quem secutus est so crates qui platonem erudiuit:a quo famosa in partes philosophia diuisa est. Hos autem singulos in suis Eusebius locis inserit ẜm ordinem historie. Ad multa igit̄ de his mirabilibus mundi que hic incidentaliter tetigimus: pluri rimaꝫ alia:de quibus sacra narrat historia:que hic gratia breuitatis subtice mus concurrere potuerunt alique cōiunctiones maiores:reuolutionesꝫ satur ni:que a quarta vsꝫ ad quintam maximā coniunctionē interuenerunt. Quas etiam verisimile est euersionis troiane partiales causas fuisse. Quam precesse runt diluuia sub deucaliō̄.in thessalia. Et incendiuȝ sub phetonte. In ethio pia quoꝫ multe pestilētie locales(vt plato cōmemorat)p̄fuerunt.

De morte moysi ⁊ circa hoc temp⁹ gestis. Capl'm. xviij.

Adhuc viuente moyse lacedemon condit̃ a lacedemone semele filio erictonius vulcani ⁊ minerue filius qui ab homero erictheus vocat̃: his tp̃ibus fuit archas etiã fili⁹ iouis. Et calisto pelasgis in ditionẽ redactis regionẽ eoꝝ archadiã nominauit egypt⁹ primus acria dicebat̃ ab egypto: tunc sibi regnante nomẽ accepit Cui datũ est regnũ eiecto danao. Eisdem tp̃ibus dardanus iouis fili⁹ cõdidit dardaniã: quo tp̃e moyses obijt cum. 120. esset annoꝝ. Circa idem tempus argis regnauit gelan⁹: quẽ cũ argini de imperio pepulissent: regnũ danao tradiderunt. Ita sibi argos danaus vendicauit: expulsus egypto Hucusq̃ quinq̃ libri moysi continent gesta annoꝝ. 3730. sm. 70. senioꝝ interp̃tationẽ hebreoꝝ. Post moysen constituit̃ ihesus: ⁊ eodem tempore apud eos eleasar suscepit pontificatum. Et post eum alij quos sacra cõmemorat historia ad quam nos de his remittim⁹. Notandum tamen q̃ post aoch hebrei ab alienis in ditione redacti sunt annis. 20. quibus cõiungunt̃ tp̃ibus delbore ⁊ barach sm iudeorum traditionẽ. Circa id tempus mida regnauit in frigia in dardania quoq̃ regnauit ylus filius troy: a quo yliũ nuncupatum. Tunc arginoꝝ reges defecerũt. Qui imperauerunt annis. 544. in micenas arginorum translato imperio. Cui primus prefuit euristeus hebreoꝝ iudice abimelech filio gedeonis annis tribus successit ei thola annis. 22. Circa id tempus hercules antheũ interfecit: ylium vastauit. Porro in dardania post laomedontẽ regnauit priamus. Theseus helenam rapuit. Hercules cũ in morbum pestilentẽ ob remediũ doloris se iecit in flammas anno sue etatis. 52. Imperante micenis agomenone. Menelao vero in lacedemonia quo tempore hebreoꝝ iudex esebon prefuit annis. 7. quẽ precessit iepte annis. 6. qui in libro Iudicũ ab etate moysi vsq̃ ad semetipsum ait supputari annos. 300.

De Troie captiuitate ⁊ postea gestis. Capl'm. xix.

Anno. 15. regni Menelai capta est troia. Nam rapta helena troianum bellum decennale surrexit causa mali quod trium mulierum de pulchritudine certantiũ premium fuit. Hoc tẽpore hebreoꝝ iudex labdon. 8. annis prefuit. Tunc v̄o troia post decennalem certationem ⁊ cedes infinitas ad vltimum proditione ciuium capta ⁊ destructa est: a cuius captiuitate vsq̃ ad natiuitatem moysi colliguntur anni. 410. vsq̃ vero ad vltimam Nini etatẽ numerant̃ anni. 834. circa quod tẽpus nat⁹ est abrahã vnde p3 q̃ troie captiuitas centũ annis ⁊ ampli⁹ quintã maximã cõiunctionẽ precessit. Abhinc vero regni latinorum (qui postea romani nuncupati sunt)

exordiũ ponit̃ apud quos eneas a troia profugus: ꝛ italiã pet ens: post terciuz annũ captiuitatis troie: siue (vt qdã volũt) post octauũ regnauit annis tribus cũ ante eũ regnasset. ibi: Janus: Saturnꝰ: Picꝰ: Laminꝰ: Latinꝰ annis circiter 150. post labdon iudicẽ hebreoꝝ: eos in ditionẽ redigũt alienigene. 40. annis qui copl'ant̃ annis iudicũ posterioꝝ ẽm iudeoꝝ traditiones. Post hebreoꝝ iudex sampson p̃fuit annis. 20. qui fortissimꝰ oĩm fuit: ita vt a qbusdã facta eius cũ gestis herculis compant̃. Post sampson p̃fuit populo hebreoꝝ: Hely sacerdos annis. 40. ẽm hebreos. Hoc tp̄e Ascaniꝰ derelicto lanine nouerce sue laninij albã cõdidit: q iuliũ filiũ procreauit: a quo familia iulioꝝ orta est. Et pp̄ter etatẽ paruuli qui nondũ regendis ciuibus idoneus erat. Siluij posthumũ fratrẽ suũ regni reliquit heredẽ. Hic qꝛ post mortẽ enee patris sui editus rure fuerat educatus ꝛ siluij posthumi nomẽ accepit: a quo oẽs albananoꝝ reges filij vocati sunt. Hic ficionioꝝ reges defecerũt qui regnauerũt annis. 962. post quos sacerdotes carini cõstituti sunt: q p̃fuerũt annis. 33. Defecit etiã regnum atheniensiũ: quoꝝ omne tempꝰ inuenit̃ annoꝝ. 424. Ex quibus manifeste patz circa hec tp̄a quintã cõiũctionẽ maximã fuisse.

Tractatꝰ quartus de quinta cõiunctione maxima ꝛ regno hebreoꝝ. Cap̄. xx.

Hanc igit̃ cõiunctionẽ fuisse diximus circiter anno a p̄ricipio mũdi. 4160. A diluuio vero anno. 1918. vel prope. Ante hanc autẽ quintã cõiunctionẽ ꝛ prope eam magnas iam regnoꝝ mutationes precessisse notauimus. Et post eam magnas subsequi inferiꝰ dicenda manifestant. Mortuo eni hely sacerdote de quo supra arca testamẽti ab alienigenis possidet̃. Postea samuel propheta et saul primus rex hebreorum presunt populo annis. 40. Hic exordium regni lacedemoniorum. In quo primus regnauit Euristeus. Et chorinthiorum in quo primu s regnauit aletes: homerus quoqꝫ his fuisse temporibus iudicatur De quo apud veteres magna dissonantia fuit. Postea hebreorum rex primus ex tribu iuda. Dauid regnauit annis. 40. Quo tempore p̄phetabant Gad: Nathan: Asaph. Deinde carthago condita est: vt quidã volunt a carthedone tyrio: vt vero alij a didone filio eius anno. 143. post troianum bellum. Post hoc annis circiter. 20. hebreoꝝ. Rex salomon filius dauid regnauit annis. 40. qui templum in hierosolymis edificare cepit: cõsũmauitqꝫ opus anno. 9. Colligit̃ autem omne tempus a moyse ꝛ egressu filiorum israhel ex egypto vsqꝫ ad presentem annum. 80: vt regnorum liber tercius testatur. A diluuio vero vsqꝫ ad moysen. 1447. Ab adam vsqꝫ ad diluuium anni. 2242. fuerunt simul omnes anni. 4169.

¶ De diuisione regni Hebreorum Capitulum.xxi.

POst mortem salomonis seditione orta in gente iudeorũ: et regno diuiso roboam filius salomonis regnauit annis. 17. in iherusalẽ duabus tribub9 sibi subiectis que vocabant̃ iuda ob reges iudeorum qui ex iude stirpe descenderant. Decem aũt tribubus que in samaria erãt et vocabant̃ israhel regnauit prim9 roboam ãnis 22. quo tpe rex egipti contra iudeos dimicans: templũ spoliauit postea ãnis circit. 64. regnãte apd iudos. 12. ãnis ieroboã sardana pall9 tharsũ atq3 archialem vrbes condidit: et in prelio victus ab arcemedo seipm incendio concremauit. et in eo regnum assiriorum deletum est vsq3 ad id tps fuisse reges assiriorum hystoria refert: et fiunt simul anni regni assiriorum a primo ãno nini 1240. Arbates vero medus assiriorum impio destructo: regnũ in medos trãstulit medonũ quoq3 regnum hic sumit exordium: in quo primus caranus regnauit Circa hoc tps prophetabant apud hebreos osee: amos: ysaias: ionas. Ligurgi leges in lacedemoneñ hac etate sucepte sũt. Hoc tpe munitor pce superiorum latinorum reg. maior fili9 a fratre a mulio regno pulsus: in agro suo vixit cui9 filia adimendi ptus grauis virgo vestal' effecta: que cum gemios edidisset infantes iuxta legez in terrã viua defossa est: verũ puulos iuxta ripam tyberis expositos faustul9 pastor vxori sue detulit: que pter pulcritudinez et capacitatem corpis questuosi: lupa a vicinis appellabatur: vnde ad nostram memoriam meretricũ cellule lupanaria dicuntur. Pueri autez cum adoleuissent collecta pastorum et latronum manu interfecto apud albam amulio auum in regnum restituunt. Cito post lyndorum regnũ exordiuz capit in quo primus regnauit lyachis: hic lacedemoniorũ reges defecerunt: et hucusq3 Eusebij cronica per decadas. 124 digesta est: abhinc per olympiades distincta. A captiuitate vero troie vsq3 ad primam olympiadez fiunt anni. 405. qua etate ioathan regnabat in iherusalẽ et prophetabant osee: iohel: ysaias: obeth.

¶ De regno romanorum Capitulum.xxij.

PRope hoc tempus roma condita est: anno mundi. 4484. in qua primus romulus regnanit. Sabine rapte sunt ãno ab vrbe condita. 30. et hic regnũ romanorum sumpsit exordiuz: qd pri9 latinorum nomẽ habuit. nam vbi nunc roma est latini reges edificauerũt ciuitatez: sed eam ampliauit romulus et muris cinxit: de quibus Lucanus. Fraterno primi maduerunt sanguine muri: quia ibi remus interfectus frater romuli. hoc tpe romuli vltimus regũ israhel fuit osee in quo regnũ defecit: et captiuitas primo facta est. Decem nanq3 tribus gentis iudee que vocabant̃ israhel: et erant in partes samarie victe a salmanazar rege caldeorum translate sunt in montes medorum: regnauerũtq3 in samaria annis. 250 Predict9 aũt rex caldeorum ad custodiendũ regionẽ iudeã accolas misit assirios

vnde samarite nũcupati sunt quod in latina lingua exprimitur custodes:emu
latoresq; iudee legis facti sunt. Romulus apud paludez capue nusq̃ comparuit:
ꝛ suadẽte iulio proculo quirini nomine apud suos consecratus est:cui successit
numa pompilius qui duos menses anno addidit ianuarium ꝛ februarium.ca
pitolium quoq; a fundamentis edificauit. hic nullum cum finitimis bellũ gessit
cuius tempore sibilla samia insignis habebatur. Manasses quoq; hebreorũ
rex ysaiam prophetaz interfecit.statuamq; suam in templo posuit.postea ãnis
circiter.32.atheniensium reges ꝛ principes defecerũt. post quos athenis ãnui
principes constituti sunt.ꝛ nouem ex nobilioribus electi prefuerunt. Post hec
tempora hieremias prophetabat ꝛ sophonias.

¶ De captiuitate iudeorum Capitulum.xxiij.

Anno.30.ioachim regis iuda nabuchodonosor rex babilonie iu
deam cepit:ꝛ in ditionẽ suam redactis plurimis iudeorum:cum
etiam partem vasorum templi inuasisset:ꝛ tributarium fecisset io
achim:victor ad patriã reuertitur. Tunc in babilone daniel:ana
nias:azarias:misael clari habentur.post ioachim regnauit sede-
chias quem rex babilonie captum in babiloniaz duxit: oculosq;
eius eruit:prophetabant tunc ieremias ꝛ baruch: postea consũmata est capti-
uitas iudeorum. Siquidem nabuchodonosor rex caldeorum iherosolimis captis
templum incendit:quod ab inicio edificatione sue manserat annis.442.ꝛ per-
seuerauit desolatio templi.70.annis vsq; ad.2.annum darij. Sic ergo iheroso
lima capta ab assirijs:iudeorum regnum defecit. Ex premissis autez patet q a
diluuio fuerunt anni.1927.vsq; ad primam templi edificationẽ:a qua vsq; ad
eius destructionem vt dictum est fuerunt anni.442.qui simul sunt anni.2369.
cui computationi concordant ere Alfoncij qui ponit a diluuio vsq; ad nabucho
donosor annos.2355.in mensibus nihil:dies.10.ꝛ sic non differt a dicta com
putatione nisi de.14.annis qui interuenire potuerunt a principio regni nabu-
chodonosor vsq; ad dictam destructionem templi Mortuo nabuchodonosor
babiloniorũ rege vno intermedio:successit frater eius balthasar:sub quo daniel
scripturam que in pariete apparuerat interpretatus est: significantẽ imperium
caldeorum in medos ꝛ persas transferendum. Cito post hoc cyrus medorum
rex destruxit imperium caldeorum:qui hebreorum captiuitate laxata.50000.
hominũ fere regredi fecit in iudeam:qui constructo altari fundamenta templi
iecerant.sed impedientibus vicinis gentibus imperfectum opus vsq; ad dariũ
permansit. Colligitur autez omne tempus captiuitatis iudeorum anni.70.qui
secundum quosdam a.30.anno ioachim vsq; ad.20.annum cyri regis persarum com
putantur.prophetabant tunc apud iudeos aggeus ꝛ zacharias.

¶ De regno persarum ꝛ reedificatione templi Capitulum.xxiiij.

EGiptiorum dinastia.27. regibus egiptiis deficientibus regnum egiptiorum persis cessit: qđ obtinuit cambises z posteri eius vsq; ad darium filium xersis annis. 111. anno vero.2.darij templuz in iherosolimis extruitur a zorobabel:consūmaturq; op⁹ ānis.4 quod prius sub cyro exordium habuit. Cyrum regez tamiris regina massagetarū interfecit:cui scđs persarum successit in regno cambises filius eius quez nūc ab hebreis fm nabuchodonosor vocari:sub quo iudith hystoria conscribitur z holofernis.

De mutatione regni romanorum Capitulum.xxv.

ROmanorum reges prophetantibus apud hebreos aggeo z zacharia defecerunt:z ceperunt consules regere : expulsis vrbe regib⁹ vix tunc vsq; ad.15.lapidem roma tenebat imperiū. Romanoꝝ Reges.7.a romulo imperauerunt vsq; ad tarquinium superbuz annis.240.vel.243.primum consules a bruto esse cepert̄:deinde tributi plebis ac dictatores:z rursum consules. R. P. obtinuert̄ fere.464.vsq; ad iulium cesarem:qui primus singulare arripuit imperiū olympiadis.182.censu rome agitato inuenta sunt hominum.120000.tempore quo tribuni plebis rome facti sunt:consulibus eiectis:neemias hebreus minister vinarius artaxersis regis ɔcedēte domino suo.20.eius anno de babilone venit iudeam:z anno eius.32.muros vrbemq; restituit hucusq; diuine scripture annales temporum continēt. Ea vero que postea apud eos gesta sunt prosegtur Eusebius ex libro machabeorum z iosephi z africani scriptis:qui deinceps vniuersam hystoriam vsq; ad romana tempora descripserunt:neemiā qui muros iherusalem construxit consūmasse opus anno.32. artaxersis regis persarum: Esdras cōmemorat. Si quis autē ab hoc tempore.70.ebdomadas a daniele scriptas numeret que faciunt annos.420.comperiet eas in regno neronis expletas:sub quo iherusalem obsidetur cepta. Secundo vero postea vespasiani anno capitur.postea circiter per.2.annos egiptus a persis recessit:et regnauit in ea amartheus. Cito post artaxerses darij filius persaruz vndecim⁹ regnauit sub quo dicitur hystoria que in Hester legitur expleta: nam ab hebreis assuer⁹ z a.70.interpretibus artaxerses nominat. Circa hec tempora socrates democritus dyogenes cynicus pseusippus insignes habentur. Galli senones romam inuaserunt:excepto capitalio. Plato inde philosophus agnoscitur. Quo tempore tribuni militares rome pro consulibus esse ceperunt. Eo tempore magno terremotu plures vrbes absorpte sunt. Postea aristotiles.18.etatis anno platonis auditor efficitur:camillus gallos qui bellum romanis intulerant:supat. Quo tempore dyonisius sicilia pellitur. Ochus a podasino iudeorum capto:in hyrcaniam accolas translatos iuxta mare caspium collocauit.

De regno alexandri magni Capitulum.xxvj.

ALexander philippi et olympiadis filius nascitur. 106. olympiade dyonisius siracusis interimitur: cuius filius siracusis tyrannidez exercet. Ochus postea egiptum tenuit. Neptanabo in ethiopiaz pulso: in quo egiptiorum regnum destructuz est. Romani gallos supant. Plato moritur: post quem pseusippus achademiã tenuit postea descriptiõe rome facta inuẽta sũt ciuiũ. 165000. pseusipp⁹ moritur: cui successit zenocrates sub olympiade. 110. mecedonum alexander philippi filius regnauit annis. 12. mensib⁹. 6. Idem capta troia iudeã inuadit a qua fauorabilr accept⁹: deo victimas imolauit: et pontificez templi honorib⁹ plurimis prosequitur: andromaco locoꝝ custode dimisso: quem postea samaritani interfecerunt: ob quã causam ab egipto reuersus alexander magnus eos supplicijs afficit: et vrbem eorum captam macedonibus ad inhabitandum tradidit. Alexandria in egipto ab alexandro condita ãno. 7. regni eius: quo tempore etiam latini a romanis perdomiti sunt.

De destructione regis persarum Capitulum.xxvij.

ALexander obtinuit babilonem interfecto dario: in quo regnum persarum destructum est: et regnauit asie ãno sui regni. 7. et tenet oĩa regna vsqꝫ in indiam sibi subiecta: hircanos et mardos capit: indum amnem trãsgreditur: bellaqꝫ plurima in india psequitur. ipse vero. 32. etatis sue ãno in babilone moritur. post quem translato in multos imperio diuersi regnauerũt. Naz in egipto apud alexandriam ptolomeus lagi filius regnauit. macedonibus philippus frater alexandri. indiam et thraciam et helespontũ lisimachus tenuit. ptolomeus lagi filius iherosolimis et iudea in ditionez suam redactis plurimos captiuorum in egiptum transtulit. Theophrastus philosophus agnoscitur qui a diuinitate loquendi vt ait Cicero nomen accepit. Machabeorum hystoria hinc grecorum suppotauit regnum. Uerum hi libri inter diuinas scripturas nõ recipiuntur: vt ait Eusebius. Seleuchus antiochiam laodiciam seleuchiam: apamiã: edissam berocham et pellam vrbes condidit. ipse quoqꝫ babiloniaz obtinuit. Circa hec tempora censu rome agitato inuenta sunt ciuiũ romanoꝝ. 270000. legati alexandrini tunc a ptolomeo primum romam missi: amicicias impetrauerunt. Seleuchus in eas vrbes q̃s condidit al's extirpauit seu extruxerat. Iudeos transtulit et honorauit. ipseqꝫ in cilicia demetrio subiecto sirie et asie pariter imperauit. Ptolomeus philadelph⁹ iudeos qui in egipto erãt liberos esse permisit: et sub eleastro pontifice diuinas scripturas in grecam vocez ex hebrea lingua per. 70 interpretes transferre curauit quas in alexandria habuit: et ibi bibliothecaz ex omni genere literature comparauit.

¶ Tractatus quintus. De sexta coniunctione maxima: et bellis romanorum et carthaginensium Capitulum. xxviij.

Irca hec tpa sextam ɔiunctionem maximaz ɔsignauimus: quam fuisse diximus anno mundi . 5 120. a diluuio anno 2878. vel prope: et hec fuit ante xpi incarnationem circiter 225. vnde sub. 137. olympiadis vel prope fuit predicta cõiunctio: nam ab ea vsqȝ ad olympiadez sub qua natus est xps numerantur . 56. olympiades que sunt anni. 224. vel forte ꝓpinquius signari posset dicta coniunctio sub olympiade. 138. Ante hanc aũt et post proximas fuisse magnas et miras mutatiões: iam dicta et infra dicenda manifestãt Romani siquidẽ. 130. olympiades carthaginenses nauali bello supant: et. 100 libie vrbes capiunt. sed cito post carthaginenses. 90. romanorum naues in silicia capiunt: metello ɔsule in fugam verso: parthis a macedonũ impio recedentibus primũ regnauit arsaces vnde et arsacide dicti sunt: iudeorum pontifex onias clarus al's vnus habet: qui ɔsueta ptolomeo regi tributa non reddens ad iram eum impulit. vex iosephus inter suos nobilis legatus a iudeis ad ptolomeũ missus cum familiaritatẽ regis meruisset: dux iudee et vicinarũ regionum constituitur iudeorũ pontifex symon onie filius clarus habetur: sub quo iesus filius sirach sapientie librum componens: etiam symonis fecit mentionem. Circa id tempus 40000. fere gallorum a romanis cesa sunt. caria et rhodus ita terremotu concusse sunt vt colosus magnus rueret. alexandrie et egipti ptolomeus philopator regnat sub quo ea que in. ij. libro Machabeorum scripta sunt: gesta fuerunt. quo victo antiochus rex sirie iudeam sibi sociat. romani marcello ɔsule siracusas capiũt subiugantqȝ capuã et ciciliam. alexandrie et egipti qntus ptolomeus epiphanes destinato principe militie iudeã capit et plurimas sirie ciuitates: sub. 148. olympiade sirie et asie seleuchus qui et philopator regnauit: vnde et. ij. li. Machabeorum apud iudeos huius tpis ɔtinet gesta: titus linius clarus habet: cũ ab antiocho per legatos hanibal reposceretur: cui se a scipione victus sociauerat: ad regem bithinie confugit: quem cum rursus ab eo senatus repeteret et tradendus esset: venenum bibit: et apud bibissam bithinie sepultus est. Hoc tpe ob sacerdotia et pontificatus iudeorum seditione orta: ingentia miseriarũ semina pullulart. Antiochus oẽm iudeorum prouinciam ad ydolatriam cõpellens: qui parere noluerũt enecat. postea iherosolimam ascendens: templum et vasa dei vastat: in templo simulacrũ iouis ponit: in samaria super verticem montis iouis delubrum edificat ipsis samaritanis vt id faceret precantibus: verum mathathias fultus auxilio filiorum leges patrias vindicat: olympiade. 153. Ennius poeta. 70. ãno articulari morbo periit: sepultus in scipionis monumento via apia.

¶ De fine regni Macedonum et Machabeorum Capitulum. xxix.

MAcedonū regnū defecit. 153. olympiade: nā romani interfecto rege perse macedones ylliricos ꝛ galathas liberos esse iusserūt apud iudeos: defuncto mathathia: filius eius iudas machabeꝰ dux fuit: hic duces antiochie de iudea expellēs: ꝛ templum ab ydolorum imaginibus emundās: patrias leges post triēnium suis ciuibus reddidit olympiade. 154. Alchinius alienus a sacerdotali genere ambiciose pontificatū inuadit: qui aduersus iudā machabeū inimicicias gerens cito post dei ira percussus interijt: ac si cum oīm iudeorum fauore inde machabeo sacerdotiuꝫ decernitur: qui dignitate suscepta legatos romaꝫ mittit: decernitqꝫ senatus iudeos amicos ꝛ auxiliatores habendos. Terentius comediaꝝ scriptor i archadia moritur. iudas aduersus demetri duces inito prelio occiditur: tribus annis pontificatu gesto: post quem frater eius ionathas dux iudeoꝝ factus: bachide duce demetriꝰ a iudea expulso pontificatū accepit: descriptione rome facta inuenta sunt hominū. 332000. sub olympiade 158. tunc carthago inditionem romanorum per scipionem redigitur: habens a conditione sui annos. 668. vel ꝑm alios: 748. Scipio nūmationes subuertit: ionathas dux iudeorū pariter ꝛ pontifex cum romanis ꝛ sparciatis amicicias facit: queꝫ tripho dolo interfecit. Ceterum tercius liber Machabeorum huius temporis hystoriam continet. Johannes dux iudeorum ꝛ pontifex aduersus hircanos bellū gerens: hircani nomen accepit: ꝛ cum romanis amicicias contraxit: hic samariam obsidione captam: solo coequauit: quam postea herodes insteurans sebasten in honorem augusti appellari voluit: iugurtha contra romanos dimicās capitur: rhodo terremotu concussa colosus ruit: cicero arpini nascitur.

De innouatione regni Judeorum Capitulum. xxx.

IUdeorū aristobolus filius iohis rex pariter ꝛ pontifex primus apud iudeos dyadematis sumpsit insignia post. 484. ānos babilonie captiuitatis: post quem regnauit iāneus cognomiatus alexander: qui pontificatū administrans crudelissime ciuibus prefuit. 200000. cymbrorū cesa ꝛ. 80. capta per caium marium hic quinquies consul eridianum cymbros superat: ꝛ post de eis cum caculo triūphauit: hucusqꝫ siria possessa per reges in romanam ditionem cessit. descriptione rome facta inuenta sunt hominum. 463000. Salustius crispꝰ scriptor hystoricꝰ nascitur. Silla al's sibilla athenienses vastat que deinde romam obtinuit: ꝛ post biēnium moritur. Lucius luculus primus imperator appellatus est: victa armenia ꝛ mesopotania. Pompeius vniuersaꝫ yberniam subiugauit. Virgilius maro non procul a mantua nascitur. Marcꝰ porcius cato philosophus agnoscitur: antiochia sirie a romanis capitur.

¶ De persecutione iudeorum a romanis Capitulum.xxxj.

Postea iudei romanoꝝ vectigales effecti sunt: ꝛ pontificatū apud eos suscepit hircanꝰ. ipse vero ꝛ aristobolus filij alexandri cōtra se de imperio dimicantes occasionē prebuere romanis vt iudeā inuaderent. Itaqꝫ pompeius iherosolimam veniens capta vrbe ꝛ reserato templo vsqꝫ ad sancta sanctoꝝ accedit: aristobolū secū vinctū adducit: pontificatū cōfirmat hircano: deinde antipatrez procuratorē palestine facit: ꝛ iudeos tributarios effecit. ea que catilina Salustius scribit ꝛ Liuius gesta sunt. hoc tēpore oracius flaccus nascitur. Uirgilius cremone studijs eruditur. Cesar rhenum transiens germanos vastat: ꝛ gallos capit. Hic inicium belli ciuilis cesaris ꝛ pompeij.

¶ De imperio romanorum ꝛ iulio cesare Capitulum.xxxij.

Deinde caius iulius cesar primꝰ ex romanis singulare obtinuit imperium: a quo cesares romanoꝝ principes appellati. ꝛ imperauit annis. 4. mensibus. 7. Pompeius prelio victus ꝛ fugiēs a spadonibus: alexādrini regis occiditur cesar in egipto: cleopatre regnū confirmat ob stupri gratiā. Anthonius decreuit quintilē mensez: iulium debere dici: quia in eo fuisset natꝰ iulius cesar: qui idibꝰ marcij in curia occiditur: cuius corpus in rostris ad honorem concrematū est: rome tres simul exorti soles paulatim in eundez orbem coierunt. in cetera portenta que in toto orbe facta sunt. Bos suburbano rome ad arantez locutus est: frustra se vrgeri non enim frumenta: sed homines breui defuturos.

¶ De octauiano augusto Capitulum.xxxiij.

Romanorum scdˢ imperat octauianus augustus cesar ānis. 56. mensibus. 6. a quo romanorum reges augusti appellati sunt: aduersus eum anthonius bellum mouet. Cicero occiditur. 64. etatis sue anno. Ouidius naso nascitur de taberna emitoria trans tyberim oleum terra erupit: fluxitqꝫ tota die sine intermissione significans christi gratiam: ex gentibus anthonium superat augustus: ꝛ interueniente senatu in amiciciam cum eo regreditur. Secunda secessio augusti ꝛ anthonij facta est. Salustius obijt quadriēnio ante acciacum bellum.

¶ De destructione regni iudeorum Capitulum.xxxiiij.

Antigonus contra iudeos dimicans: tandē occiditur: a quo vsqꝫ in presens tps iherosolimorū regnum destructum est. Siquidez herodes post eum a romanis ꝯstitutus est princeps alienigena deficiente pontificum principatu: cuius tpe xp̄i natiuitate vicina regnum sacerdotū iudee destructuz est: completa prophetia que per Moysen ita loqtur. Non deficiet princeps ex iuda neqꝫ dux

de femoribus eius donec veniat cui repositũ est: ⁊ ipse erit expectatio gentium:
In hoc etiam loco impletur prophetia Danielis. nam vsq; ad herodem xp̄i. i.
sacerdotes erant principes iudeoꝝ: qui imperare ceperunt a. 65. olympiade: et
ab instauratione tẽpli sub dario vsq; ad hircanũ: ⁊. 185. olympiade annis. 483
in medio transact͛ quos Daniel figuit per ebdomadas. 69. que ꝑdictos ãnos
efficiunt vt declarat Eusebius. Filij quoq; herodis post eũ regnauerũt vsq; ad
nouissimã iherosolimoꝝ captiuitatẽ nequaq; ex successiõe sacerdotalis gener͛
pontificibus ↄstitutis: neq; ꝑpetuitate vite: sed ẜm legem moysi seruientib⁹ deo
Ignobiles vero quidã ⁊ alio tp̄e alij ⁊ nõnulli vnius ãni siue modico amplius
a romanis principib⁹ sacerdotiũ emebant: que oĩa etiam Daniel vaticinat⁹ est

¶ De destructione regni Egipti Capitulum. xxxv.

Post augusti ⁊ anthonij tercia dissensio exordiũ sumpsit: quia re-
pudiata sorore cesaris cleopatrã duxisset vxorem: acciacũ bellũ
exortum est. Cleopatra quoq; ⁊ anthonius semet interfecerũt: ⁊
egipti regnũ qđ fuit in alexandria destructũ est: in quo ptolomei
qui vocabant͛ lagide vsq; ad cleopatrã regnauerunt annis. 295
Defuncta ergo cleopatra: egiptus fit romana prouincia: quam
primus tenuit cornelius gallus: de quo scribit Virgilius in buccolicis. Quidã
ab hoc loco augusti monarchie primũ annum cõputant: a quo sextilis mensis
augusti nomẽ accepit: qui romanis plurimas leges statuit. censu rome agitato
inuenta sunt hoĩm ciuium romanorũ. 4164000. id est quadries semel centena
sexagintaq̃tuor milia. Thebe egipti vsq; ad soluz dirute sunt. Terentius varro
nonagenarius moritur. Augustus calabriã ⁊ gallos vectigales facit. Augusto
dum monarchia deferretur: renuit. Tyberius ab augusto missus occupauit ar-
meniam. Virgilius brundisij moritur: ossa eius neapolim translata tytulo h⁹-
modi suprascripto: quez ipse moriens dictauerat. Mantua me genuit: calabri
rapuere: tenet nunc parthenope. Cecini pascua rura duces: augustus caium:
agrippam adoptat in filium. Ipse quoq; augustus a senatu pontifex maxim⁹
appellat⁹. Tyberius de captiuis pãnonijs triumphat. Oratius rome moritur.
52. etatis sue anno. Tyberius vastata germania imperator appellatur.

¶ De herode ⁊ eius crudelitate Capitulum. xxxvj.

Herodes cesareã in noie cesaris cõdidit que prius turris stracõis
vocabatur. ipse quoq; antiochiam condidit ⁊ antipatridaz atq;
herodionem in honorẽ patris sui antipatris ⁊ suum extruxit. in-
numerabilia quoq; opera in singulis siriarũ vrbibus. ipse quoq;
hircanum qui olim sacerdos iudeoꝝ fuerat a captiuitate partica
regressuz ⁊ filium eius qui sacerdotio patri successerat: interfecit.
sororem quoq; eius et vxorem suam cum duobus suis filijs iam adolescentib⁹
⁊ matrem vxoris sez socrum suam crudelissime necat. Et ad hoc que crudeliter

gesserat etiã hoc addidit virum sororis sue salome interfecit: ⁊ cũ eam alij tradidisset vxorez etiaz hunc necat. Scribas quoq₃ ⁊ interp̃tes diuine legis similiter scelere interfecit. Qui etiã cito post cũ xp̃i natiuitatẽ magoꝝ iudicio cognouisset vniuersos bethleem paruulos iussit interfici: hic morbo intercutis ⁊ scatentibus toto corpore vermibus miserabiliter morit̃.

Tractatus sextus De xp̃i natiuitate. Caplm. xxxvij.

IHesus xp̃s filius dei in bethleem iude nascit̃ anno .42. Octauiani nocte diei dñice ⁊ anno. 15. tiberij p̃dicare orsus est: vixitq₃ annis. 32. mẽsibus trib⁹ iuxta illud euãgelij. Erat ihesus incipiens quasi annoꝝ. 30. Crisostom⁹ tamẽ dicit ꝙ xp̃s vixit plenarie. 33. annis ⁊ tm̃ supra quãtum est a ntitate xp̃i vsq₃ ad pasca. et sic vixit ƀm eũ. 33. ãnis ⁊ dimidio. Mortu⁹ est aũt ƀm eusebiũ anno tiberij. 18. quo tp̃e sicut in ethnicoꝝ cõmẽtarijs reperit̃ multa mirãda cõtigerũt sicut in alio tractatu notauim⁹. Parũ aũt hoc tempus augustus cũ filio suo tyberio censum rome agitans inuenit hoĩm nonagies ter centena ⁊. 70. milia. 9370000. quo tp̃e defectio solis facta August⁹ 76. etatis sue anno morit̃.

De Tiberio cesare. Caplm. xxxviij.

POst quẽ tiberi⁹ terci⁹ imp̃auit. Et iudeoꝝ principatũ obtinuit herodes tetrarcha. Ouidi⁹ poeta in exilio morit̃. 13. vrbes terremotu corruerũt: Ephesus: magna Syra Sardis Moscene Aege: Hyero: Cesarcha: phliadelphia: Thelomustem⁹: Cume Smirna: Appollonia: Dyahircania. Pilatus a tiberio procurator iudee missus fuerat. Johannes filius zacharie in deserto iuxta iordanẽ fluuiũ predicans: filiũ dei in medio adesse testat̃. Ipse quoq₃ dñs ih̃s signis ⁊ virtutibus vera esse comprobans: que dixerat mirabilia q̃ in euãgelijs scripta sunt: fecit discipulis suis: vt cõuersionẽ gentiũ ad deũ annuncient: imperauit ƀm pphetias que de eo fuerãt p̃locute. Computant̃ aũt vsq₃ ad. 15. annũ Tyberij cesaris a secundo anno instauratione tẽpli: que facta est sub altero anno darij persarũ anni. 548. A salomone autez ⁊ prima edificatione templi anni. 1060. A moyse ⁊ egressu filioꝝ israhel. ex egypto anni. 1539. Ab abraham ⁊ regno Nini anni. 2044. A diluuio anni. 2986. ab adam anni. 5228.

De incidẽtibus circa hec tp̃a. Cap̃. xxxix.

SCribit aũt iosephus inter alia mira que anno passionis xp̃i notauit ꝙ pilatus p̃ses secreto noctis imagines cesaris in tẽplo statuerit. Et hec prima seditiõis ⁊ turbatiõis iudeis causa extiterit. Ecclesie iherosolimoꝝ primus ep̃s ab apl'is ordinat̃ iacobus frater dñi. Et ex hoc loco considerandũ quãte deinceps calamitates iu

deoꝝ gentē oppresserint. Pilatus post ꝑdictā seditionē que ob cesaris imagi/
nes fuerat cōcitata sacrū thesaurū quē iudei corbanā vocant in aque ductum
irl'imoꝝ expendēs secunde seditionis ꝑbuit seminal. Seian⁹ prefectus tyberij
qui apud eū plurimū poterat instantissime cohartat̄:vt gentem iudeoꝝ deleat
philo meminit in libro legationis secūdo: pilato de xp̄ianoꝝ dogmate ad tibe
riū referente tiberius detulit ad senatū:vt inter cetera sacra reciperet̄:verū cuz
ex consulto patrū xp̄ianos vrbe eliminari placuisset. Tiberi⁹ per edictū accusa/
toribus xp̄ianoꝝ cominatus est mortē. Scribit terculian⁹ i apologetico Tibe
rius in campania morit̄.

De Caio. Capl'm. xl.

Romanoꝝ quartus Caius regnauit annis tribus mensibus. 10.
Qui cognominat⁹ est caligula. Hic agrippā a vinculis liberatuz
regem iudee facit. Factus prefectus egypti:multos iudeos pre/
mit cōsentiēte alexandrie populo: ⁊ crebrū aduersus eos clamo
ribus personante. Synagogas quoqꝫ eoꝝ imaginibus statuis
aris ⁊ victimis polluit. Ponti⁹ pilatus in multas incidēs calami
tates:propria se manu interfecit:vt scribunt romanoꝝ historici. Caius qui se
metip̄m in deos intulerat:ꝑcepit syrie ꝑfecto vt in irl'imis statuaz suā sub noīe
iouis maximi poneret:totoqꝫ orbe romano sicut philo scribit ⁊ iosephus in sy/
nagogis iudeoꝝ statue ⁊ imagines cesaris cōsecrate ponebant̄. Hic caius plu
ribus nobilib⁹ interfectis etiā sorores suas: quibus stuprum intulerat:insulaꝝ
exilio cōdēnauit ⁊ oēs exules iussit interfici. Tandē a protectoribus suis in pa
latio occidit̄ anno etatis sue. 29.

De Claudio ⁊ Petro apl'o. Capl'm. xlj.

Quintus romanoꝝ regnauit Claudius annis. 13. mēsib⁹. 8. die/
bus. 28. Petrus vo cū primū anthiocenā eccl'iam fundasset: ro/
mā mittit̄ vbi euāgeliū predicās. 25. annis eiusdē vrbis ep̄s per/
seuerat. Marcus euāgelista interpres petri egypto ⁊ alexādrie
xp̄m annūciat. Prim⁹ anthiochie ep̄s post petrū ordinat̄ Eno/
dius Agrippa rex iudeoꝝ annis. 7. imperās morit̄. Cui successit
filius agrippa a claudio substitutus. Prophetia agabi(quā in actib⁹ apl'orum
de fame in toto orbe terrarū futurā ꝑdixerat) sub claudio explet̄. Claudi⁹ de
britanijs triumphat ⁊ orcadas insulas imperio adie[..] romano. Descriptione
rome facta inuēta sunt romanoꝝ ciuiū sexagies nonies centena ⁊ quadragin/
tatria. 6943000. Tracia hucusqꝫ regnata in ꝓuinciā redigit̄ Iherosolimis die
bus azimoꝝ orta seditione. 30000. iudeoꝝ perierūt. Claudi⁹ felicē ꝓcuratorez
iudee mittit:apud quē paulus apl's accusatus in sui defensionē ꝑorat. Clau/
dius morit̄ anno etatis sue. 64.

De nerone ꝛ eius crudelitate. Caplm. xlij.

Sextus romanoꝝ Nero regnauit annis. 13. mensib⁹. 7. dieb⁹. 28 Cui⁹ auũculus fuit Caius caligula. Sub quo paulus romã mittit. Jacob⁹ frater dñi quẽ oẽs iustũ appellabant a iudeis lapidibus opprimit: in cuius locũ symeon uel symon secũdus assumit. Post marcũ euãgelistã primus alexandrie eps ordinat anian⁹ anthiochie secundus eps ordinat. Ignatius ante mensaz Neronis fulmie cecidit: terremotus rome factus est. In asia tres vrbes terremotu cõciderũt. Nero rome in citharistarũ agone cõtendẽs cunctos supat. Statius in gallia rethoricã docet. Lucan⁹ cordubeñ. poeta morit. Seneca cordubeñ. pceptor neronis: ꝛ patruus lucani poete incisiõe venarũ ꝛ veneni haustu periit. Nero vero agrippinã matrẽ ꝛ sororẽ patris interfecit. Ipse quoqꝫ cum ceteris viris insignib⁹: etiã octauiã vxorẽ suã interemit. Sed ꝛ plurimã partez rome vrbis incendit: vt siĺitudinẽ troie ardentis inspiceret. Insup vltra oia scelera sua: primus etiã in xpianos psecutionẽ fecit. In qua petrus ꝛ paulus gloriose occubuerũt: post petrũ prim⁹ romã eccĺiaz tenuit linus. Cõtra iudeos rebellantes vespasian⁹ magister militie a nerone mittit. Qui plurimas vrbes iudee capit. Josephus scriptor historicus dux belli iudeoꝝ: cũ a romanis interficiẽdus esset: vespasiano pnũciat de morte neronis ꝛ ei⁹ imperio. Nero vo cum a senatu quereret ad penã seipm interfecit atqꝫ in eo oẽs augusti familia consumpta est. Post quẽ galba in hibernia. Vitellus in germania: otto rome imperiũ tenuerũt. Galba septimo mense imperii sui in medio vrbis foro truncat. Otto tercio regni sui mense ppria manu occubuit. Vitellus a vespiani ducib⁹ occisus in tiberim proiicit.

De Vespasiano ꝛ iudeoꝝ destructione. Caplm. xliij.

Septim⁹ romanoꝝ Vespasian⁹ regnat annis. 9. mensib⁹. 11: diebus. 22. Titus ab eo missus: iudea capta ꝛ iherusolymis subuersis. 600000. viroꝝ interfecit. Josephus dicit vndecies centena milia fame ꝛ gladio periisse ꝛ alia. 100000. captiuoꝝ venũdata vt aũt tãta multitudo ibi reperiret cãm azimoꝝ fuisse refert: ob q̃ ex omni gẽte iudea ad templũ cõfluẽtes i vrbe quasi carcere sũt reclusi. Oportuit eni his dieb⁹ pasce eos interfici: in quib⁹ saluatorẽ crucifixerunt. Sic igit regnũ iudeoꝝ finitũ atqꝫ destructũ est. Tũc lues rhome facta est ita vt p multos dies fere. 10000. hoim mortuoꝝ referent. Tres ciuitates cipri terremotu corruerunt. Vespasianus. 69. etatis sue anno morit. Cui successit Titus romanoꝝ octau⁹ in vtraqꝫ lingua disertissim⁹ magne bonitatꝫ ꝛ bñficẽtie. Sz de eo suisqꝫ successorib⁹ nõ vlteri⁹ psequit. Nã sufficit nobis ad eos puenisse: sub qb⁹ xps nat⁹ est: pdicauit ꝛ occisus ẽ suiqꝫ crucifixores iudei ꝯuersi sũt

Colligit̃ aũt omne tempus in secũdũ annũ vespasiani ⁊ nouissimã euersionem iherosolimoꝝ a. 15. anno tiberij ⁊ ꝑdicatione xp̃i anni. 42. a captiuitate quam ab anthiocho ꝑpessi sunt anni. 238. a darij secundo anno sub quo rursum templũ edificatũ est anno. 590. a prima edificatione sub salomone vsqꝫ ad nouissimã eius ruinã sub vespasiano anno. 1102.

De recollectione annoꝝ ẜm Eusebiũ: Capl'm. xliiij.

Nunc expedit aliarũ rerũ gestaꝝ tp̃a breui recapitulatione colligere. Igit̃ ẜm Eusebiũ in prologo sue cronice anno. 42. imperij augusti xp̃s natus est. Et anno. 15. tiberij ꝑdicare orsus est. Si quis aũt retrorsum cõputet reperiet a tiberio vsqꝫ ad annũ darij (sub quo templũ restauratũ est) annos. 548. Naz darij secũdus annus. 65. olimpiadis ãno primo fuit. Et tiberij. 15. in. 201. illã olimpiadẽ incurrit: fuerunt ergo inter darium ⁊ tyberiũ olimpiades. 137. anni. 548. quadriennio in vnaquaqꝫ olimpiade computato. Deinde secũdo darij anno septuagesim⁹ desolationis annus explet̃. A quo vsqꝫ ad primam olimpiadẽ retrorsuz numerant̃. 64. olimpiades. In. 256. annis qui sil'r computant̃ a predicte desolationis templi anno vsqꝫ ad q̃nquagesimũ Osie regis medoꝝ sub quo ysaias ⁊ osee fuerũt. Ita prima olimpias. Et in ysaie ⁊ reliquoꝝ q̃ cuz eo ꝓphetarũt incurrit etatẽ. Rursum si a prima olimpiade ad supiora vsqꝫ ad captiuitatẽ troie proueharis. Inuenies annos. 406. sicut curiosissima grecorũ historia cõscribit. Itẽ apud hebreos a supradicto osie anno ⁊ tp̃ibus ysaie ꝓphete vsqꝫ ad sampson ⁊ terciũ annũ labdon iudicis computabis annos. 406. Post hoc iteꝝ ad supiora cõuertere ⁊ cũ. 329. annos retractos impleueris grecoꝝ cytropẽ ⁊ moysen inuenies hebreoꝝ. Nã ab anno cytropis. 45. vsqꝫ ad captiuitatez troie. Et ab. 80. etatis moysi in quo populũ israhel de egypto eduxit vsqꝫ ad labdon ⁊ sampson computant̃ anni. 329. Itaqꝫ sine vlla ambiguitate moyses ⁊ cytrops qui prim⁹ atheniensiũ rex fuit ijsdẽ fere tp̃ibus fuere. Ab. 80. vero anno moysi ⁊ egressũ isrl' ex egypto vsqꝫ ad primũ annũ abrahe repies annos. 505. quos similiter a. 65. anno cytropis vsqꝫ ad ninũ ⁊ semiramidẽ assyrioꝝ principes cõputabis. Iterũ a natiuitate abrahe vsqꝫ ad totius orbis diluuiũ inuenies retrorsuz annos. 942. Itẽ a diluuio vsqꝫ ad Adam. 2242. annos in quib⁹ nulla penitus nec greca nec barbara nec gẽtilis reperit̃ historia. Nũc etiaz supest vt hebreoꝝ annos ab abraham vsqꝫ ad moysen. A moyse vsqꝫ ad primã edificationẽ templi: ⁊ ab ea vsqꝫ ad secundam eius instaurationẽ ⁊ vsqꝫ ad aduentũ xp̃i videam⁹. A natiuitate aũt abrahe vsqꝫ ad moysen ⁊ egressum ex egypto cõputant̃ anni. 505. A moyse vsqꝫ ad salomonẽ ⁊ primã edificationẽ templi anni. 479. Secundũ tñ minorẽ numerũ quẽ terci⁹ liber regnoꝝ cõtinet. Nã iuxta volumen iudicũ cõputant̃ anni. 600. Circa quã computationis drãm diligent̃ attẽde. An forte in ea fundari possit discrepantia que est inter

cōputationē Bede ꝛ cōputationē Alfoncij de annis ab Adam vsq ad xpm: de qua in alio tractatu satis diximus. A salomone vero vsq ad instauratiōez templi: que sub dario rege persarū facta est: colligunt anni. 512. A dario vsq ad predicationē xpi ꝛ. 15. annum Tiberij explent anni. 548. Itaq fiunt simul ab Abrahā vsq ad qndecimū tyberij annū: anni. 2044. Similiter a Nino ꝛ semiramide vsq ad moysen ꝛ cytropē anni. 505. Et a citrope v sq ad primā captiuitatē troie anni. 329. A captiuitate troie vsq ad primā olimpiadem anni. 406. A prima olimpiade vsq ad secūdū darij annū ꝛ instaurationē templi anni. 256. A secūdo darij anno vsq ad qndecimū tiberij anni. 548. fiunt simul a Nino vsq ad sedecimū tiberij totidē anni quot prius ab abrahā vsq ad tiberiū numerauim⁹. Et hoc ꝓm Eusebiū.

De recollectione annoꝝ ꝓm Hieronymū. Caplm. xlv.

Hieronymus vero qui eusebij cronicā de greco in latinū transtulit: ꝛ eam vsq ad temp⁹ suū cōtinuauit. In fine cronice sue annorū recollectionē breuius concludit ita scribēs. Ab vrbe condita vsq ad extremuz huius operis anni fiunt. 1131. hoc modo sub regib⁹ anni. 240. sub cōsulib⁹ anni. 464. sub augustis cesaribus anni. 427, colligunt omnes anni vsq ad presens tempus ita a tiberij anno. 15. ꝛ ꝑdicatione xpi anni. 351. A secundo anno darij quo templū restauratū est anni. 898. Ab olympiade prima qua etate apud hebreos ysaias ꝓphetabat anni. 1161. A salomone ꝛ prima edificatione templi anni. 1412. A captiuitate troie quo tpe sampson apud hebreos fuit anni. 1561. A moyse ꝛ citrope primo rege actice anni. 1890. Sic igit finaliter concludunt ab abrahā ꝛ rege Nini ꝛ semiramidis anni. 2395. Ab abrahā vsq ad diluuiū anni. 942. Ab adam vero vsq ad diluuiū anni. 2242. quibus oībus simul collectis fiunt ab adam vsq ad. 14. annū valētis ꝛ valētiani iunioꝝ iterū omnes anni. 5579. Cuz igit (vt dictū est) a tiberij anno. 15. vsq ad. 14. annū valentis quo interijt numerent anni. 351. Et inde vsq ad abraham anni. 2044. Consequens est vt fiant oēs anni historie Eusebij ꝛ Hieronymi. 2395. Nos vero qui vsq ad hoc temp⁹ valētis nō ꝓsecuti sumus cronicā Eusebij sed solū vsq ad Vespasiani tēpus (vt ꝓmissuz est) deinceps sequimur cōes cronicas que omissa cōputatione per decadas ꝛ olimpiades a xpo ꝛ eius vicario petro ꝑ successiones sūmorum pontificū annoꝝ numerū notauerūt. Nec historicis narrationib⁹ insistemus: nisi quātū potuerint applicari ad tempora maximarū ꝛ maioꝝ cōiunctionū ac etiā reuolutionū saturnaliū de quibus infra dicem⁹. Ideoq longā narrationez quā de varijs regnis supra fecimus ad breuē recapitulationē regnoꝝ principaliū reducemus. Non quia ad alia nō sit habenda consideratio: sed ad ista maxime.

De recapitulatione quatuor principaliũ regnorum. Caplm. xlvj.

Sciendũ est igitur q secundum quatuor partes orbis fuerunt principalia regna quatuor de quibus daniel pphetauit. Sed et de his antea ionichus predixerat sicut supra tactũ est. Primũ ab oriente fuit regnũ babylonicũ quod incepit a Nino tpe Abrahe. Ninus enim exceptis indis primus omniũ asye imperauit. Hoc aũt regnũ assiriorum in sardonopalo mutilatũ: quia preter medos durauit vsque ad tyrũ. Omnes vero anni regis assyriorum a primo anno Nini computantur. 1240. Et inde assyriorum regnũ in medos translatũ est. Secũdũ a meridie fuit regnũ carthaginense quod incepit tpe iudicũ: quãdo carthago condita est: videlz anno 143. post troianũ bellũ. Terciũ a septẽtrione fuit regnũ macedonicũ: quod nõ incepit ab alexandro: vt quidã dicunt: sed diu ante secundum Eusebiũ. Nã quando assyriorũ regnũ ad medos trãslatũ est: tũc macedonũ regnũ sumpsit exordiuz ab alexãdro tñ recepit augmẽtũ: a quo regnũ alexãdrinũ iniciũ et nomẽ accepit. Quartũ ab occidente fuit latinorum quod diu postea a romulo romanũ vocatũ est secundum Eusebiũ. Et sicut dicit orasius ab vrbe condita. i. a romulo nuncupata vsque ad mundi creationẽ numerantur anni. 4484. Et ab ea vsque ad xpi aduentũ anni. 5199. quã cõputationẽ sequitur Beda. Et eãdẽ prius posuisse videtur Eusebius. Sed ab eo discordat Alfontius vt in alio tractatu notũ est. Hec aũt quatuor regna hic notata sunt: non secundum ordinẽ originis: sed iuxta ordinez partiũ orbis videlz orientis meridiei septentrionalis et occidẽtalis. Nã de eorum ortu et occasu varia pmutatione ex superius dictis põt clarius apparere. Hic aũt notandũ est quod ait Augustinus. 18. libro de ciui. dei. Inter plurima ingt regna terrarũ duo cernimus longe ceteris prouenisse clariora assyriorum primum deinde romanorum. Illud prius in oriente: hoc posterius in occidente surrexit. de niq in illius fine: huius iniciũ cõfestim fuit: regna cetera ceterosque reges quasi appendices istorum dixerim.

Tractatus septimus. De distinctione reuolutionũ saturnaliũ. Caplm. xlvij.

Anno xp̄i. 1880. die. 287. erit cōiūctio triplicitatis terree in. 13. gra. tauri.
Anno xp̄i. 2129. die. 37. erit cōiūctio triplicitatis aeree in. 19. gra. geminoꝝ
Anno xp̄i. 1357. die. 152. erit cōiūctio triplicitatis aquee in. 24. gra. cancri.
Anno xp̄i. 2595. die. 267. erit cōiūctio triplicitatis ignee. 30. gra. leonis.
Anno xp̄i. 2834. die. 17. erit cōiunctio triplicitatis terree in. 5. gra. virginis.
Anno xp̄i. 3072. die. 132. erit cōiūctio triplicitatis aeree in. 11. gra. libre.

Q Uia vero circa finē tractatus de cōcordia astrono- Cap. 34.
mie ⁊ historice veritatis aliqua scripsi de antixp̄o ⁊ signis ac pre
ambulis aduētus eius hic etiā notare volui quādā ṗnosticatio-
nē ex imaginaria cōiectura magis q̄ꝫ ex rōne certa ab aliquibus
posita. Quidā eni dixerūt ꝙ in cognitione etatis ⁊ finis hui⁹ mū
di tp̄alis q macrocosm⁹ dicit̃ deueniēdū est ꝑ etatē microcosmi
id est hois qui est minor mūdus ⁊ in se gerit imaginē maioris mūdi tēporalis
ex parte corporalis ⁊ mortalis nature sicut ex ꝑte aīe imortalis gerit imaginē
mūdi architipi id est imortalis sapie dei ideo sicut etas humana quadriptita
est in adolescētiā iuuētutē senectutē ⁊ seniū sil'r ⁊ etas macrocosmi ⁊ de dura-
tione. 4. etatū mūdi dicūt ꝙ de numero. 12. signoꝝ sunt. 4. ceteris mobiliora

⁊ quasi cardinalia quoꝝ duo sunt equinoxialia videlꝫ aries ⁊ libra: ⁊ duo sol-
sticialia cancer ⁊ capricornus. Et in his quatuor sūt magni signatores seu pla
nete. 4. regales habentes dignitates que dicunt̃ exaltationes. Sol enim exal
tat̃ in. 19. gra. arietis. Jupiter in. 15. cancri. Saturnus in. 27. libre. Mars in
28. capricorni. Et sub his attendūt quatuor mūdi tēpora vel etates ⁊ ꝙ adam
primus homo factus fuit ascendente ariete in gloria solis in domo martis.
Unde quia sol est origo virtutis vitalis fuit adam naturaliter longeuus ⁊ qui
dam alij sui propinqui successores. Et ꝓpter domū martis remāsit naturaliter
super primū hominē ⁊ suam progeniē voluntas peccandi ducens ad mortem
quia mars dicitur quasi mors. Unde primus homo habuit duos filios vnum
sub sole natum scilicet Abel iustum. Aliū sub marte scilicet Caym. ¶ Moyses
aūt natus fuit ascendente cancro in gloria iouis ⁊ domo lune. Jupiter autem
naturaliter preest pōtificibus ⁊ prelatis sicut fuit moyses. Et quia cancer signū
est aquaticum ⁊ est mansio lune que habet significalionē super aquas ipse per
tempus miraculose mansit in aqua vnde ⁊ nomē ex hoc accepit a moys quod
est aqua quia vero cancer retrocedens est ⁊ lex moysaica iam retrocessit.
Dn̄s aūt ihesus xp̄s natus fuit ascendente libra in glor.a saturni ⁊ domo vene
ris. Saturnus uero vt ait Messahali signationem habet super gentem iudai-
cam seu fidem eius ⁊ ipsius est gloria super regnū. Unde dn̄s ihesus inquantū
homo ex fortitudine sue natiuitatis dictus est rex iudeorum ⁊ sibi tāquā sum-
mo liberatori ⁊ iudici datum est omne iudicium. Ex libra vero inquantum est
domus veneris nihil videt̃ xp̄s participare inquātum homo nisi ꝙ in laudem
eius extollunt̃ cantica musicalia: ipsa nāqꝫ super musice organa significationē
habet: hec aūt dicta sunt de christo quantum ad eius humanitatē quia verus
⁊ naturalis homo fuit sed super eius diuinitate est extra ⁊ supra propositum
presens aliquid commemorari. ¶ Antixp̄s vero nascetur ascendente capri-
corno in gloria martis ⁊ domo saturni hoꝝ nāqꝫ naturas pessimas cōiunctim
possidebit ⁊ proprietates a marte in malicijs gloriabit̃ in discordia inuidia ⁊
falsitate ⁊ in elatione maxima. A saturno autem ⁊ māsione eius habebit aua
riciam odium ⁊ detractionē seditionē ⁊ omnia occulta mala sicut a marte ma
nifesta mala vt testat̃ Albumasar in floribus suis his autem correspondebunt
quatuor tempora. Primū tempus ante legem ab inicio mūdi vsqꝫ ad moysen
Secundū tempus legis a moyse vsqꝫ ad xp̄m. Terciuꝫ temp⁹ gratie a xp̄o vsqꝫ
ad antixp̄m. Quartū tempus perfidie ⁊ malicie ab antixp̄o oīno vel fere vsqꝫ
ad finē mūdi. Et his quatuor tp̄ibus vel etatibus mūdi correspōdēt quatuor
etates hoīs ⁊ quatuor quarte celestis circuli. Nā prima q̄ est ab ariete ad can
crū ⁊ est calida ⁊ humida vernalis ⁊ est q̄rta adolescentie. Secūda a cācro ad
libram calida ⁊ sicca estiualis est quarta iuuentutis. Tercia est a libra vsqꝫ ad

capricornũ frigida ꝛ sicca autũnalis ꝛ est quarta senectutis. Quarta a capricor
no ad arietẽ frigida ꝛ humida hyemalis ꝛ est quarta senij ꝛ decrepite etatis.
Ex p̃missis ergo ↄcludũt isti ꝙ sicut spaciũ celestis circuli qđ est ab ariete ad li
brã est medietas illius circuli equalis altius medietati a libra vsq3 ad arietem
sic quãtũ est spaciũ temporis lapsi ab adam siue a pĩcipio mũdi vsq3 ad xp̃m
tm̃ naturaliter debet eẽ a xp̃o vsq3 ad finẽ mũdi. Sicut aũt ꝑ saturnũ ꝛ martez
senescit homo quia ipsi sunt corruptiui caloris ꝛ humoris naturalis ꝛ vitalis.
Sic ꝑ illos planetas senescit hic mũdus corruptibilis ꝛ vltimo finieť ꝑ moduz
circuli apud signũ ariet; qđ est signũ igneũ. In quo due planete ignei videlicz
sol ꝛ mars habẽt suas ptãtes ut dictũ est. Et ideo nutu dei finieť ꝑ ignẽ putre-
dines seculi cõsumẽtẽ sicut testať scriptura. Ulterius attẽdẽdũ est ꝙ inter qua
tuor tempora ꝛ signa p̃dicta tempus ꝛ signũ natiuitatis xp̃i attestať discretioni
ꝛ spũalitati legis sue. Nã libra est signũ humanũ videlz liberatoris hominis vt
pote hoĩs discreti ꝛ iusti ac spũalis. Temp⁹ etiã ꝛ etas senectut; est temp⁹ ꝛ etas
discretionis ꝛ spũalitatis: reliqua v̾o signa sũt irrationabiliũ seu brutoꝝ aĩaliũ
quasi signa indiscretionis ꝛ brutalitatis cuiusmodi etiã sunt reliqua tria tp̃a ꝛ
etates mũdi. Signũ quoq3 ariet; quod opponiť libre ꝛ temp⁹ qđ p̃cessit añ tem
pus legis perfecte maxime corporalia fuerũt sed signuz libre ꝛ tempus gratie
potius sunt spiritualia de his ergo ista dicta sint nõ certitudinaliter affirmãdo
sed probabiliter cõiecturãdo.

Cap. 35.

Licet aũt hic possem huic tractatui finẽ imponere qꝛ tm̃ nõ soluz
in his trib⁹ vltimis tractatib⁹ sed etiã in alijs qbusdã priorib⁹ ali
qua scripsi de mo tib⁹ corpoꝝ celestiũ iõ ad eoꝝ maiorẽ elucida
tionẽ hic aliqua supplere ꝓposui. Et primo qꝛ ĩ tractatu de ima
gine mũdi caplõ tercio dixi de cursu solis ꝛ ei⁹ anno ꝛ diebus ꝛ
speciali⁹ in tractatu de legibus ꝛ sectis caplõ vltimo de quãtita
te anni solaris ꝛ de equinoxijs ꝛ de his etiã ĩ tractatu de correctione kalẽdarij
hic ad illoꝝ supplemẽtũ. Notandũ est ßm campanũ capitulo primo sui cõputi
ꝙ annus solaris uere loquẽdo est spaciũ tp̃is quo sol moueť ab aliquo quoli-
bet pũcto sui circuli quousq3 ꝓprio motu p̃cise redeat ad eundẽ: hoc aũt spaciũ
ßm ꝙ posuit Ptholome⁹ est temp⁹ quo sol moueť ab alterutro duoꝝ solsticio-
rũ quousq3 redeat ad idem solsticium vel ab alterutro duorum equinoxiorum
quousq3 redeat ad idem equinoxium. Et continet ßm ipsum .365. dies et .6.
horas minus tricesima parte vnius diei. Et scđm hanc opinionem solsticium
precessit diem natiuitatis christi .6. diebus ꝛ fuit .19. decembris: sed Abbate-
gni licet cum Ptholomeo in predicta diffinitione anni solaris conueniat: ta-
men ab ipso discrepat in temporis quantitate: quia ponit illud tempus esse
365. dies ꝛ sex horas minus centesima parte vnius diei. Et ßm hãc opinionẽ

solsticium fuit anno natiuitatis xpi. 17. die decembris sed fm predictam anni
diffinitionez necesse est vt fm predictas positiones Ptolomei z Abbategni sp
idem punctus circuli solis sit in loco solsticij: et semper idem in loco equinoxij.
Sic ergo circulus solis non mutat situm respectu punctorum solsticialium vel
equinoxialium: sed semper manet respectu eorum tam in auge q̄ in omnibus
alijs punctis suis fm habitudinem vnam. Quia ergo stelle fixe mouent̄ ab oc
cidente in orientem continue. 100. annis vno gradu sicut posuit Ptolomeus:
maius erit tp̄s quo sol mouetur ab aliqua stella fixa quousq̄ redeat ad eandē
q̄ sit ille annus solaris fm positiones predictas. Uerum est tamen ꝙ si aux
solis z cetera puncta sui circuli essent fixa semper comparata ad puncta solsti-
cialia z equinoxialia verū esset illud in quo ꝯueniunt dicti philosophi videlicet
ꝙ annus solaris esset reditus a solsticio ad idem solsticium: sic etiam reditus a
solsticio ad idem solsticiū esset equalis reditui eius a quolibet pūcto sui circuli
ad eundem punctū z similiter etiam de equinoxio: sed posteriores philosophi
non inuenerunt ita esse: imo augem solis z cetera puncta sui circuli inuenerunt
moueri fm motum stellarum fixarum z adherere eis semper fm habitudinez
vnam. Ita ꝙ aux solis stelle fixe cui nunc coniunguntur si qua sit vel puncto
firmamenti si fixa non sit ibi semper fuerit coniuncta z semper erit. Nec habet
aliquem motū sibi proprium nisi ratione firmamenti Et similiter est de augibꝰ
reliquoꝶ planetarum z eorum circulis. Quia ergo annus solis est reditus eius
in suo circulo ab aliquo quolibet pūcto ipsius circuli ad eundez: necesse est fm
istam positionez ꝙ annus solis sit reditus eius a qualibet stella fixa ad eandē
siue ab aliquo puncto firmamenti ad eundem: z sit iste reditus fm eos in. 365
diebus z. 6. horis z. 9. minutis z. 24. secundis vnius hore equalis que valēt. 23
secunda. 30. tercia vnius diei. Et in hoc excedit ānus solaris fm istā positionē
tempus. 365. dierum z. 6. horaruz quo tempore vtitur ecclesia romana z greca
Ideoq̄ vt probat Campanus si singulis. 153. annis romanorum z grecorum
adderemus diem vnum esset vere verificatus annorum vsualium circulꝰ ipsoꝶ
sed per hoc non erit firmata habitudo solsticiorum et equinoxiorū: imo si vera
sit opinio Ptolomei de motu stellarum fixarum solsticia et equinoxia semper
9uenirent habitudines suas. et accideret vt annus sic verificatus deflueret per
singulas habitudines temporis: z ꝙ inciperet in solsticijs z equinoxijs z in qui
busdam distantius ab eis: posteriores autem modum istum motus stellarum
fixarum non inuenerunt: sed eas inuenerunt moueri ab occidente ad orientez
vsq̄ ad aliquid deinde non procedere vltra sed redire iterū ad occidentez vsq̄
ad aliquid: z ideo dixerunt eas moueri motu accessionis z recessionis: z istum
motum affirmauit Thebith z posuit principia per que motum predictū faceret
esse circularem: z saluaret ea que apparent z accidunt motui stellarū fixarum.

Capitulum. 36.

HAnc autem positionē Thebith de qua tetigi in fine tractatus de legibus ꝛ sectis: ꝛ alibi pulcre explanauit Campanꝰ vbi supra: et dixit ꝙ ꝯm illā duplex est orbis signoꝝ: vnus fixus: ꝛ alius mobil' ꝛ fixus quidez intelligitur esse descriptus in spera nona: mobilis vero in octaua: ꝛ vterq; ipsoꝝ diuiditur in. 12. signa: sed imobilis continet ista denoīatiue tm̄: mobilis vero illa signa continet ꝯm veritatem: vnde ipse ē distinctor imaginū signoꝝ predictoꝝ zodyacum compo nendum: ꝛ capita arietis ꝛ libre mobilis semꝑ distant equal'r a capitibꝰ arietis ꝛ libre fixi describentia in suꝑficie spere none duos paruos circulos circa ipsa quoꝝ capita arietis ꝛ libre imobilis sunt poli ꝛ q̈si centra ꝛ arcus orbis magni ab ipsis polis in eoꝝ circūferentias descendens qui quasi semidyameter eorū est. 4. gradus. 18. minuta ꝛ. 43. scd̃a: formam aūt ꝛ modū huius motus diffuse prosequitur Campanꝰ final'r cōcludens ꝙ ex eorum motu accidit vt stelle fixe videanꝰ moueri versus orientē aut occidentem: qn̄q; motu tardo: qn̄q; motu veloci. Cum enim caput arietis mobilis fuerit distās ab eq̈tore ī circulo paruo predicto per quartā ipsius parui circuli aut prope hoc qd̓ erit in duobus circuli parui sitibus oppositis tunc videbunꝰ stelle moueri ad eam partem ad quam mouenꝰ motu tardo: in vno quidez eoꝝ ad partem orientis: ꝛ in eius opposito ad partē occidentis. Cum vero caput arietis mobilis fuerit in alterutra duarū sectionū equatoris ꝛ circuli parui aut prope eas videbunꝰ tunc moueri ad eaz partē ad quam mouenꝰ motu veloci: vna quidē earum ad partez orientis: ꝛ in eius opposito ad partē occidentis. Quapropter inuenta est diuersitas manifesta in motu eoꝝ. Ptolomeus autē qn̄ ipsa comparauit loca eorum inuenta in tp̄e suo ad loca eoꝝ inuenta ab abrachis ꝛ ab alijs antiquis ph̄is inuenit eas mo- ueri motu tardo videlicet in. 100. ānis vno gradu: nā tunc caput arietis mobil' erat meridionale separatū a puncto q̈rte meridional' ꝛ accedens ad equatorē Posteriores aūt capite arietis adhuc magis accedente ad equatorē inueneꝛt stellas fixas moueri in. 66. annis vno gradu: ꝛ hoc fuit propter accessū capitis arietis ad equatorē propter quez motus stellarū fixarū fuit velocior. Tp̄e vero Campani factū erat caput arietis septētrionale distans a cōmuni sectione p̄ui circuli ꝛ equatoris de partibꝰ ipsius parui circuli versus septentrionē. 58. gra. ꝛ. 57. minutis fere: ꝛ propter hoc caput ariet' distabat a cōmuni sectione orbis signorum mobilis ꝛ equatoris versus septentrionem de partibus ipsius orbis signoꝝ. 9. grad. 11. min. ꝛ. 45. scd̓is fere. Erat ergo tp̄e illo locus interfectionis predicti orbis signoꝝ mobilis ꝛ equatoris super. 20. gra. 48. mi. ꝛ. 15. secundis signi piscium: ꝛ alia sectio opposita super consil'em partem virgis. Postea vero multipl'r variatus est motus iste sicut Campanus diffuse declarat. Ex his ꝯclu dendo ꝙ stelle fixe in tp̄e Ptolomei ꝛ suoꝝ predecessoꝝ quoꝝ cōsiderationes ipse assumit mouebantur ad occidentē ꝛ non ad orientem quemadmodū ipse putauit. Tunc enim erat caput arietis mobilis meridionale ab eq̈tore: ꝛ caput

libre septentrionale: in quo situ est motus eorum ad occidentem. Causa autem erroris eius non fuit propter debilitatem scientie: sed fuit paruitas temporis predecessorum considerantium loca stellarum fixarum in suis temporibus: et ea per scripturam suam commendantium: vnde non fuit ei possibile vt cognosceret istum motum propter eius tarditatem et predicti temporis paruitatem: et istum errorem Ptolomei et motum octaue spere quem ponit Thebith: et formam eius: et ea que accidunt ex eo diffusius prosequitur Campanus quantum huius tractatus breuitas explicare sufficiat quem motum vt ipse dicit sequuntur omnes spere inferiores que sunt .7. planetarum et auges earum sicut Thebith posuit: vnde finaliter concludit quod orbis signorum fixus non est circulus quem describit sol motu proprio quemadmodum scripsit in computo suo Robertus linconiensis sed est vnus circulus maior in nona spera declinans ab equatore ad duas partes septentrionis et meridiei quantitate .23. gra. 33. mi. et .30. secundorum. Circa huius intersectionem cum equatore mouentur capita arietis et libre: et in eius differentia mouentur capita cancri et capricorni nunquam cooperiens circulum solis qui est super in superficie vnacum orbe signorum mobili: nunquam secans ipsum. Ad quorum omnium intelligentiam fecit Campanus figuram sensibilem rebus predictis conuenientem.

Capitulum .37.

Sciendum est autem quod predictum motum stellarum fixarum et secundum eandem predictam quantitatem anni solaris sicut dicit Campanus Astronomi sui temporis supponebant eo quod magis conueniant cum his que de superiorum motibus apparent quam ea que a prioribus dicta sunt. Et hoc quoque diuine scripture magis consonum inuenitur que christum natum asserit cum dies incipiunt crescere: nam secundum istum motum stellarum fixarum et predictam anni quantitatem inuenies diem annunciationis seu conceptionis christi fuisse proximum qui secutus est instans equinoxij vernalis: et diem natiuitatis eius fuisse proximum qui secutus est instans solsticij hyemalis: sed his non obstantibus Alfonsus quem communiter astronomi sequuntur non ponit predictam anni quantitatem quam ponit Thebith: sed minorem videlicet .365. dies .5. horas .49. minuta .16. secunda. Quidam tamen tabulas Alfonsi redarguunt et licet in multis alijs: tamen in hoc specialiter quod supponunt annum solarem esse tempus semper equale et ipsum inuariabile permanere: et allegant quod in hoc sunt contrarie illis que ab obseruatoribus diuersorum temporum sensibiliter sunt percepta. Et primo quidem quod antiquissimi obseruatores babilonici posuerunt quantitatem anni .365. dies cum quarta die et vna .76. deinde alij illam quartam precise posuerunt sicut Abrachis quem in hoc sequitur ecclesia et similiter inuenit quidam Abraham fere: sed modicum minus: sed Ptolomeus et Abbategni suis temporibus posuerunt vt supra dictum est et in alijs superioribus tractatibus recitatum: et tabule Alfonsi ponunt vt statim tetigi: et in hoc rationabiliter reprehenduntur si illam quantitatem constituant inuariabilem

Et ad ostendendũ in hoc discrepantiam tabularum harum cum antiquis ob-
seruatoribus declarant isti per differentiã eoꝝ cũ alijs de introitu solis in signa
que magna reperitur. Similiter in tpe nostro differentia ab aliquibus inuenta
est de introitu solis in arietem. Nam anno dñi. 1290. die. 13. mensis marcij in
uentus est sol intrare arietẽ post. 16. horas qđ multũ discrepat ab his tabulis
ꝛ anno. 1346. inuentꝰ est ingredi arietẽ non in hora que inuenitur per tabulas
Alfonsi: ꝛ ideo concludunt periti astronomi ꝙ quantitas anni solaris non est
ↄstituenda semper equalis sed variabilis de maiori in minus ꝛ ecõuerso: sicut
etiam motus stellarum fixarum nunc velocior nunc tardior esse comperitur vt
supra patet: vnde sicut dicit Johãnes de muris necessarium est propter motũ
octaui circuli ꝛ varium motũ augis solis mutationem eq̃tionis annos ponere
singulos inequales. Et sicut ipse probat anni quantitas quam ponunt tabule
Alfonsi nõ est precisa videlicet. 365. dies. 5. hore. 49. minuta. 15. scđa. 59. tercia
34. quarta. 3. quinta: sed debet esse. 58. tercia. 49. quarta. 48. quinta. Nec tamẽ
quantitas ista semper manet equalis propter causas predictas. Cap. 38.

Constat igitur ex p̃dictis q̃ꝫ diuersa ꝛ q̃si aduersa diuersi senserũt
de quantitate anni solaris vt p̃allegatis tractatibus satis exp̃ssi
sed hic clarius explicaui. Veruntñ de huius anni inicio vsuali ꝛ
de eius q̃ntitate varie gentes ꝛ nationes non minꝰ diuersimode
senserunt sicut in superioribus declaratũ est. Hic tñ mihi sufficit
de inicio anni ſm catholicos loqui id est ſm romanos ꝛ grecos
vnde licet antiquitus aliq̃n annorum suorum greci ab alexandro sumpserunt
inicium vt dicit Campanus: tñ vt dicit Beda aliq̃n greci temporum ordinem a
dyocleciani principis annis obseruabant. Tñ post fidem susceptam catholicã
annos computare inceperunt ab anno domini ihesu christi: ꝛ vt recitat Beda
computationeꝫ ab incarnatione xp̄i Dyonisius abbas romane vrbis instituit
A quo principio gallicana ꝛ anglicana ecclesia alijq́ꝫ plures nõ absurde ãnos
suos cõputant: licet gens ytalica multiq́ꝫ alij antiqui romanoꝝ morem sequen
tes a prima die ianuarij quẽ mensem romani fecerunt ãni principium incipiãt
Unde hic oritur dubitatio quam incidenter ꝛ breuiter tetigi in. iiij. ca. tractatꝰ
de correctione kalendarij videlicet cum ecclesia gallicana quo ad inceptioneꝫ
annoꝝ dñi preueniat ecclesiam ytalicam ꝛ alemanicam eo ꝙ gallici inchoant
annos christi ab incarnatione seu ãnunciatione dñica. Ytalici vero ꝛ alemani
a precedente natiuitate christi annos domini incipiunt. Econuerso tñ ytalici ꝛ
alemani gallicos preueniunt in maioratione annorũ id est in maioris numeri
computatione eo ꝙ singulis annis saltem inter festum circumcisionis ꝛ annun
ciationis excedunt gallicos de vno anno in computatione annoꝝ christi verbi
gratia. Cum ytalici hoc anno in festo circumcisionis numerabant annos xp̄i
1414. adhuc gallici cõputabant. 1413. vno anno minꝰ q̃ꝫ ytalici. Qualiter ergo

sine errore:saluabitur ista diuersitas. Respondi breuiter in tractatu predicto: sed hic responsionem clarius explicabo per distinctionem de duplici anno seu modo duplici quotationis annoꝝ. Annorum enim vnus dicitur vsualis: alius emergens. Usualis dicitur spacium tpis quo sol complet vnam reuolutionem motu ꝓprio: ꝛ hoc inchoando a kal' ianuarij more romano. Annus vero emergens dicitur spacium tpis indifferenter a quolibet momento inchoãtis donec sol circulũ suum motu ꝓprio compleuerit. Dico igitur ꝙ ytalici ꝛ alemani vtunt̃ annis vsualibus in computatione annoꝝ mundi. Gallici vero ꝛ anglici emergentibus incipientes a die ãnunciationis dñice. Ex quo statim patet ꝙ circũcisio dñi facta fuit anno natiuitatis ipsius scðo loquendo de annis vsualibus: licet eius anno primo emergenti. Unde etiam patet ꝙ xp̃s de primo anno sue natiuitatis scʒ vsuali non habuit nisi septẽ dies etat̃. Ex quibus sequitur ꝙ in ytalia ꝛ alemania ꝗuis annos natiuitatis computent non debent tñ in instrumentis publicis aut literis annos natiuitatis dñi renouare ipso die natiuitat̃ dñi: sed in prima ianuarij. Ratio est quia ibidem annos dñi vsuales quibus vtuntur incipiunt ꝛ terminant exclusiue. Nam de primo anno dñi ipso die natiuitatis sue fluxerũt .358. dies ꝛ restabant pro cõplemento ipsius solũ septem dies: ꝛ per consequens ille annus primus dñi non incepit a die natiuitatis: sed ante a prima die ianuarij precedente diem natiuitatis xp̃i.

Capitulum .39.

Adhuc autem quia in tractatu de vero ciclo lunari: ꝛ in tractatu de correctiõe kalendarij plura scripsi de anno lunari ꝛ eius mensibꝰ hic addam vtilem distinctionem de multiplici mensis lunaris acceptione. Sciendum itaqʒ ꝙ quadruplex est distinctio mensis lunaris: quia vnus dicitur mensis medie cõiunctionis videlicet sol' ꝛ lune de quo ꝛ eius quantitate satis in dictis tractatibꝰ dictum est. Alius dicitur mensis pagrationis qui habet .27. dies ꝛ .8. horas sicut tetigi in primo cap̃. tractatus de imagine mundi. Alius est mensis manifeste apparitionis ꝛ hic s̃m Galienum tercio de creticis diebꝰ habet .26. cum dimidio. Aliꝰ dicitur mensis medicinalis qui componitur ex mense manifeste apparitiõis ꝛ medietate excessus quo mensis pagrationis excedit mensem manifeste apparitionis: ꝛ istud trahitur ab Auicẽna in quarto canonis fen scða tractatu scðo cap̃. scðo. ꝛ a Galieno vbi supra: vnde relinquitur ꝙ mensis medicinalis sit .26 dierum ꝛ .22. horarum: ꝛ diuiditur per quatuor septimanas quarũ quelibet nõ cõtinet .7. dies completos sed solum .6. dies ꝛ .17. horas cum dimidia. Qð sic patet quia medientur .26. dies ꝛ .22. hore ꝛ erũt .13. dies ꝛ .11. hore pro duabꝰ septimanis illius mensis ꝛ totidem pro alijs duabꝰ: qui dies ꝛ hore si diuidant̃ erunt .6. dies ꝛ .17. hore cum dimidia pro qualibet septimana. Et ad hanc cõputationem debet consinuare medicus in iudicando de creticis diebus: vnde

patet ꝙ in hoc sicut ⁊ in pluribus alijs medicus hr̃e debet astronomice scientie aliquam noticiam sicut ⁊ quilibet phũs. Hec igitur de elucidatione tractatuū nostrorum dicta sufficiant.

Capitulum. 40.

HUic aūt operi finem imponentes: deo gratias agimus quia tres tractat⁹ de ꝯcordia vere astronomie cum theologia ⁊ hystorica veritate satis vtiles ex sapientuꝫ dictis ipso donante collegimus Scimus aūt quosdam nobis obiecisse ꝙ professionem nostram et filr etatē magis decuisset circa theologica q̃ꝫ circa illa mathematica studia occupari. Quib⁹ pro nr̃a excusatione rn̄demus ꝙ ill' nō sic intpate vacauim⁹ quin etiā plura de materia pn̄tis scismat(⁊ vnionis ac reformationis ecclesie multosqꝫ tractatus vtiliores theologicos scriberem⁹ Nec illa tamen a theologico studio prorsus credim⁹ aliena: sed potius si absqꝫ varia curiositate aut curiosa ostentatione sciantur ad fidei ⁊ theologie decorē ac vtilitatem ecclesie ꝑtinere. Nec decens estimam⁹ esse vel vtile policie xp̄iane theologice scientie professoreꝫ ea que in dictis tractatibus scripta sunt penitus ignorare. Hec itaqꝫ ad dei laudē ⁊ gloriam finiant qui sine fine viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen,

Opus concordantie astronomie cum theologia necnon hystorice veritat(narratione explicit feliciter. Magistri Joannis angeli viri peritissimi diligēti correctione. Erhardiqꝫ Ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetijs nūc Auguste vindelicorum excellit nominatissimus. 4. nonas Januarij. 1490.

Erhardi Ratdolt foelicia conspice signa.
Testata artificem qua valet ipse manum.